Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Carl Ferdinand Hommel

# Bibliotheca Jvris Rabbinica Et Saracenorvm Arabica

Byrvthi: Apvd Joh. Andr. Lvbekvm, MDCCLXII

**https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839617233/phys_0001
DFG

J d II
G. 60

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0002
DFG

MECKLENB.
LANDES-
BIBLIOTHEK
SCHWERIN

2043

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0003
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839617233/phys_0004
DFG

# BIBLIOTHECA
## JVRIS RABBINICA
ET
## SARACENORVM ARABICA

INSTRVCTA

A

CAROLO FERD. HOMMELIO

PROFESSORE LIPSIENSE.

BYRVTHI,

APVD JOH. ANDR. LVBEKVM

MDCCLXII.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0005
DFG

MECKLENB. LANDES-BIBLIOTHEK SCHWERIN

Qui hoc noſtrum, ex Rabbinorum flexuoſis implicatisque voluminibus, imo abſconditis Arabum monumentis, quaedam legum ſtudioſis utilia conquirendi conſilium, ab hilari quadam inſania non multum abeſſe, faciliusque ab aſino detonderi lanam, quam ex huiusmodi libris juſti et aequi notitiam peti poſſe judicent, multos credo quidem atque illos potiſſimum fore, qui litteraturae ignorantia Judaicos doctores, praeter Cabbalam, aut preces quotidianas, aliasve res ad religionis cultum et ritus ſuos pertinentes, nihil litteris conſignaſſe arbitrantur. At inter Rabbinos, hiſtoriae litterariae beneficio, quam ſtudeo noſtris notiorem facere, cum intellexerint, aſtronomos ſummos, hiſtoricos, grammaticos, medicos poetasque floruiſſe, nec ullum fere diſciplinae genus eſſe, quod illi, licet ſuo more incondite, non pertractaverint: facile mirari deſinent, etiam juris conſultos Judaicos obvenire magni nominis et excellentis doctrinae. Haec igitur, neglecta penitus ab iis, qui librorum juris notitias dederunt, Rabbino-

rum opera cognita legum ſtudioſis in praeſenti faciam. Sed Judaicae, in multis rebus, quoniam ſimilis eſt Arabica juris doctrina, hanc quoque tangere, et Bibliothecam juris Orientalis aperire placet bipartitam, unam ſcilicet Saracenicam, alteram vero Rabbinorum, recentiorum in primis, Judaicam.

Fontem autem totius Rabbinorum jurisprudentiae ex Talmudis geminis atque ampliſſimis voluminibus, quae *Miſchna* et *Gemara* inſcribuntur, merito derivamus, cum illa non ſacri tantum, ſed etiam civilis principia juris contineant. *Gemara* quidem vetuſtiſſimus in Miſchnam eſt commentarius, qui, quantum ſcio, in nullam hucusque linguam translatus eſt. Sed *Miſchnam* Surenhuſius latine, nuper etiam Johannes Jacobus Rabe accurate quidem, ut videtur, neque tamen ſatis eleganter, germanice vertit. Utrumque igitur Miſchnae et Gemarae corpus junctim, ut diximus, *Talmudes* appellatur. Habet autem Miſchna ſex principales partes, quarum una, quae *Neſikin* inſcribitur, jure civili tota repleta eſt, atque *de damno injuria dato, de pauperie ab animalibus facta, inventione rei deperditae, depoſito, locatione, ſocietate, emtione, hereditatibus, fidejuſſione, delictis, item de quadraginta plagis una ſubducta, quibus caedebantur, qui capitaliter non peccaſſent, de jure jurando, teſtibus, ſententiis et de re judicata* agit; alia vero pars eiusdem Miſchnae *Sraim* dicta, *de ſatione et implantatione, decimis, et manumiſſionibus*;

*nibus;* tandem illa, quae *Naſchim* vocatur, *de fratris absque liberis defuncti uxore ducenda et detrahendo, ſi nolit frater, calceo; de nuptiis, pactis dotalibus, divortiis et adulteriis* tractat. Nempe cum in libris Moſis, Levitico inprimis et Deuteronomico, leges ſacris ritibus permiſtae fuerint, fieri aliter non potuit, quin veteres Talmudis auctores et recentiores eccleſiae Judaicae magiſtri ſcientiam juris ad ſuum peculium pertinere putarent, inprimis cnm mos inter illos obtineat, ut, qui ſcholam regant, etiam judiciis praeſint, quem ad modum olim apud plerasque gentes cura ſacrorum et legum ita conjuncta fuit, ut juris ſcientiam et ſacerdotes haberent, et leges ipſae in penetralibus deorum naſcerentur. Eadem ratione Muhamedanorum *Suna,* in qua divini et humani juris ſupremae leges continentur, pars librorum ſacrorum eſt. Nam apud Arabes Suna ſignificat jus, quod non ſcriptum, ſed traditione ad poſteros propagatum eſt. Habent enim illi duplices fontes: *Alcoranum,* ſeu, abjecto articulo ſi mavis, Coranum, quem Muhamedes ipſe dictavit, et illam, quam dixi, *Sunam,* in qua praecepta Muhamedis, aut ſi quae ipſo facto juſſit vetuitve, ab aliis conſcripta et annotata fuerunt. Nam verbum *Suna* plane idem, quod apud Judaeos *Miſchna* ſignificat, nempe traditiones et leges non ſcriptas. Ego vero ad ſapientes Judaeorum revertens, horum ſcripta ad juris diſciplinam pertinentia atque in Bartoloccii, Imbonati, Wolfii, Hottingeri, aliorumque

bibliothecis hinc inde diſperſa, ut promiſi, breviter tamen et conciſe (cum, etiamſi vel maxime velim, ob litterarum orientalium et linguae hebreae imperitiam, ne poſſim quidem copioſius) in medium proferam. Obvenient autem nobis varia et mirabilia titulorum portenta, quae a verbis veteris teſtamenti abruptis illi ut plurimum ſolent mutuari. Neque vero hoc hominum genus quicquam aliud ſtudioſius cavet, quam ut ex titulo librum cognoſcas, aut materia inſcriptioni conveniat. Quis enim mores, quis luxuriantia orientalium ingenia populorum ignorat, a quibus quicquid proficiſcitur, fere aenigma eſt. His ſatis praeparati lectores noſtri jam ad ipſos libros juris hebraicos ſe conferre poſſunt, quorum varii, ſecundum litterarum ſeriem, jam tituli ſequuntur:

*Catechismus*, hebraice *Chinuc*, magiſtri LEVI Barcelonitae, quem in juris ſtudioſorum commodum contraxit Hottinger, ut in fine hujus Bibliothecae commemorabimus.

*Ceſſare faciens bella*, libellus Venetiis anno 366. in quarto editus et ab Hottingero legalibus annumeratus. Subdubitat tamen de argumento Wolfius, qui controverſiam inter Judaeos occaſione libelli cujusdam exortam illo componi arbitratur.

*Concluſiones maritales*, hebraice *Chatale Iſciuth* in bibliotheca Vaticana latent, ſcriptae a magiſtro MEIRO, filio Baruchi, Germano.

Con-

*Conſtitutiones*, hebraice *Hattecanoth* magiſtri Gersonis *Hazakenii*, id eſt *Senioris*, quae Venetiis anno 289. editae. Nempe annum orbis conditi, minoris ut vocant numeri, ſcribere Judaei ſolent, omiſſo majore numero, nempe quinto millenario. Si quaeras, quo poſt Chriſtum natum anno hoc opus editum ſit? huic minoris ſupputationis numero adde 1240. quo facto annus Chriſti 1529. apparebit, ſive, quod eodem redit, anno Judaico majoris ſupputationis, ut in hoc exemplo 5289. demas numerum 3760. Ita in cæteris omnibus,

*Correctio Scribarum*, hebraice *Ticcun Sopherim*, in qua formulae teſtamentorum, donationum, venditionum aliorumque contractuum continentur, auctore Mose Almosnino.

*Correctiones Scribarum*, a magiſtro Simeone Hiſpano ſcriptae, quarum licet argumentum nuſpiam indicetur, tamen artem notariatus tradere, ob inſcriptionis ſimilitudinem, non dubito.

*Deciſio in cauſa hereditatis*, hebraice *Peſſac*, ſcripta a Jehvda Jona, Galilaeo, qui poſtquam in Italia, deinde Amſtelodami docuiſſet, et ſupremi in Polonia judicis dignitatem conſecutus eſſet, ad ſacra Chriſtiana converſus, Johannis Baptiſtae Jonae nomen aſſumſit. Argumentum autem Deciſionis his

verbis nobis tradit Bartoloccius: *Quidam Hebraeorum ditiſſimus ex aſſe heredem inſtituit filium ſuum ſpurium. Frater defuncti praetenſa teſtamenti nullitate, media ſententia ac deciſione Rabbinorum Venetorum, quorum princeps erat* SIMCHA LVZATTVS, *hereditatem adit. Filius et heres teſtatoris Judam noſtrum adoritur, qui cauſae defenſionem ſuſcipit, ſcriptaque eruditiſſima aeque ac doctiſſima Deciſione, exordio facto ab illis in libro Judicum verbis:* Judas adſcendet, *in ea decrevit: teſtamentum hujusmodi fuiſſe validum, ſententiamque tulit in favorem filii naturalis defuncti, abrogando ſententiam Venetorum Rabbinorum, eamque typis evulgare fecit, quod primus fuit ſui ingenii foetus. Hujusmodi* Peſſak, *quod vocant, confirmata fuit et ſubſcriptionibus roborata ab octoginta ſeptem Rabbinis, Germanis, Polonis, et Teſſalonicenſibus, ſicque hereditas ceſſit in favorem filii naturalis defuncti, quae cum ditiſſima eſſet (excedebat enim ſummam trecentorum millium aureorum) maximum honorem et non exiguum emolumentum ex ea percepit* JONAS *noſter.*

*De inceſtibus*, nondum editum librum ſcripſit magiſter JOSVA filius Jehudae, in quo dicitur ſua dicta confirmaſſe *rationibus exquiſitis, quae rugiant inſtar leonum*, ut doctor quidam, nomine Aaron, de eo praedicat. Notum autem eſt, interdicere Judaeos nuptias cum fra-

fratris uxore, niſi prolem ex ea frater non ſuſceperit. Tunc enim frater ad illam ducendam etiam compellitur, quam *Legem Fratriam* et *praeceptum Leviratus* dicunt. Quod autem ad duas ſorores attinet, ita Rabbini ſtatuerunt: Non eſſe ducendam ſororem uxoris, hac ſuperſtite. De ea re cum noſtri auctoris JOSVAE librum non habeamus, audiamus quae magiſter Levi Barcelonita in catechiſmo tradit: *Non res habenda cum duabus ſororibus, una adhuc ſuperſtite, quia dictum:* Mulierem cum ſorore ſua non accipies ad affligendum; *Afflictionis autem nomine vult, ne altera alteri, dum vivit, moleſta ſit. Veni autem et diſce, quod, etſi divortium fecerit cum priori, ſororem ejus ducere non liceat; hoc enim vult vox:* Ea vivente. *Mortua autem illa non eſt dubium, quin alteram ducere conceſſum ſit. Hoc enim eſt quod ſcriptura dicit: Vivente ea.* Haec Barcelonita, cum quo Talmudiſtae omnes conſpirant. Eſſe autem in explicando vetere teſtamento ſummae Talmudem auctoritatis, theologi noſtri, qui docti ſunt, bene norunt.

*De ratione libelli repudii*, Conſtantinopoli anno 474. editum opuſculum magiſtri JOSVAE, patre Iſraele Benbanaſte geniti.

*Deciſiones*, hebraice *Halachoth* et *Piſke* dictas, plures publicarunt, inter quos nominaſſe ſufficiat magiſtrum ABRAHAMVM ABEN DA-

vid Levi junioris; magiſtrum Aronem filium Joſephi Saſonis, principem Synagogae Teſſalonicenſis; magiſtrum Davidem *de Corfu;* magiſtrum Isacum Moguntinum; magiſtrum Jesaiam filium Eliae, qui anteceſſorum ſuorum celeberrimas deciſiones inprimis Rambami, Tami, Chananelis aliorumque collegit; magiſtrum Israelem *Aſchkenazi,* hoc eſt *Germanum;* magiſtrum Israelem *de Rovigo;* magiſtrum Marium, qui luminibus captus fuit, et ſeculo Chriſti octavo floruit; Mosen *Galanten* rectorem ſcholae Hieroſolytanae; magiſtrum Simeonem filium Kajirae, aliosque.

*Dextera Moſis*, hebraice *Jamin Mosce* incerti auctoris, quem librum Hottinger libris juris annumerat. Hujus fidem ſequor, neque tamen duplum ſpondeo, aut evictionem praeſto.

*Domus Joſephi*, hebraice *Beth Joſeph*, in qua omnes leges, conſuetudines, et judiciorum ordines inter Judaeos hodie uſitati continentur. Hic liber ſaepius typis et prelo repetitus auctorem habet celeberrimum illum jurisconſultum Josephum Caronem Hiſpanum, qui Portentum Seculi vocari meruit, et in Galileae urbe Sapheto usque ad mortem ſuam, quae anno Chriſti 1575 contigit, ſcholae principatum tenuit. Tradunt, hunc divina voce, quotidie coelitus demiſſa, mirabilia edoctum ad ſummam ſapientiam perveniſſe.

veniſſe. Habemus etiam ab eo librum ſub titulo *Fiſſura Domus*, hebraice *Bedec Habaith*, in quo ſupplevit et emendavit ſuperiorem librum, unde ratio nominis patet. Nempe, cum videretur id opus, quod *Domum Joſephi* inſcripſerat quibusdam argumentorum fulcris indigere, quaſi Domus ſuae fiſſuras hoc opere implevit atque emendavit.

*Domus Levi*, magiſtri Josvae Pelecci, filii Alexandri. Liber juris eſt polemicus, in quo, prolatis veterum juris conſultorum contrariis ſententiis, melior eligitur. Prodiit Lublini in folio. Vereor tamen, ne circa ritus magis, quam jus civile verſetur. Extat praeterea aliud opus ſub titulo *Domus Levi*, in quo agitur de rebus judicialibus, auctore Jesaia Levita, quod ſine loci mentione anno minoris numeri 257. prodiit.

*Domus Portarum*, hebraice *Beth Haſciarim*, in qua de contractibus dotalibus egit magiſter Mordechavs, in Provincia Galliae natus, unde de Provenza cognomen ſortitus eſt.

*Emtio et Venditio*, hebraice *Mecach Umencar* auctore Samvele Cordubenſe, filio Chophni, ſacerdote Hiſpanico. Idem *De poſitione terminorum* et *De jure jurando* ſcripſit, quorum hebraica nomina in catalogo bibliothecae Vaticanae leguntur.

*Filius*

*Filius principis*, hebraice *Ben Porta*, in quo libro forenſia tractavit magiſter JOSEPHVS TOV ALEM filius Samuelis, celeberrimus ſeculi undecimi jureconſultus, qui ſaepius laudatur a junioribus.

*Fiſſura domus*, de qua ſupra ſub titulo *Domus Joſephi* diximus.

*Formularium Inſtrumentorum*, hebraice *Chtuvoth Schetaroth* quod in bibliotheca Vaticana manuſcriptum aſſervatur. Alius eiusdem argumenti liber ſub titulo *Ticcune Schetaroth* impreſſus Berolini anno 455.

*Fructeſcens Joſephus*, hebraice *Porath Joſeph* legalia tractat, inprimis ea, quae ad matrimonium pertinent, auctore JOSEPHO SAMIGA, qui, ut de ſuo Labeone Romani praedicant, fiducia ingenii fretus multa innovare et receptas ſententias impugnare ſtuduit. Liber Venetiis anno 303. in Quarto excuſus. Statuunt autem Judaei legem divinam: *Creſcite et multiplicamini*, non permittere tantum, verum etiam jubere, ideo quoslibet, quam primum uxorem alere poſſunt, ad eam ducendam teneri, coelibatum vero crimen eſſe. Quantum huic legi tribuant, vel ex eo intelligitur, quod, ſi pecunia impenſis nuptialibus non ſufficiat, etiam ſcripturam ſacram vendere et redacto ex ea pretio nuptiarum expenſas ſolvere licet.

*Generationes Adami*, hebraice *Tolethoth Adam*, Bononiae anno 238. et Liburni 417. ſtanno expreſſae nihil aliud, quam conſultationes ſunt et reſponſa juris de cauſis pecuniariis, quae dedit SALOMO filius Addarethi, natione Barcinonenſis, Rambani diſcipulus.

*Holocauſtum Iſaci*, hebraice *Olath Jizchac*, varias cauſas pro tribunali deciſas ſiſtit, auctore ISACO, filio magiſtri Joſuae. Fuit is *pater domus judicii Pragenſis*, ita ſcilicet ſolent ſupremum judicii praeſidem vocare. Caeterum medicinae operam dedit. Prodiit liber Pragae 366. et Francofurthi 442.

*Ingreſſus Portarum*, hebraice *Pitche Scearim* Baſileae 359. forma, quae quarta dicitur; Idem liber interdum etiam inſcribitur *Corona Salomonis*, a SALOMONE LURIA ſcriptus, juris conſulto maximae auctoritatis, qui omnes aequales ſuos ſuperavit, et lumen magnum vocatus eſt orbem terrarum illuſtrans.

*Inſtructio ſcribarum*, quae manu exarata inter libros Oppenheimeranos Hanoverae aſſervatur.

*Judicia circa mutuum*, hebraice *Miſchpatte Halvaoth*, et

*Judicia Tanaim*, hebraice *Miſchpatte Hattanim*. Vtrumque opus libro HAAI GAONIS de emtione adjunctum. Floruit autem hic auctor ſeculo undecimo Chriſti et, quod rarum

rarum eſt, juri civili fere plus, quam ceremoniali operam dedit. Ad radices montis Sinai ſepultum dicunt.

*Judicium Juſtitiae*, hebraice *Miſchpatte Zedek*, ſcriptum a magiſtro MEIRO, filio magiſtri Schem Tovii, et excuſum Teſſaloniae anno 356. in quo per interrogationes et reſponſiones jus omne civile et pontificium exponitur.

*Judicium Samuelis*, hebraice *Miſchpatte Sciemuel*, liber Venetiis 359. in folio excuſus, continet conſultationes, quaeſtiones, et deciſiones juris varias; quas ſcripſit SAMVEL ALCAJA Petracenſis Epirota; Eſt et alius liber ejusdem tituli, quem alius SALOMO nempe Mutinenſis compoſuit.

*Jura regis*, hebraice *Dathe Hammelech*; tractat de officio civium erga regem ſuum et de tributis ei ſolvendis, opus PELONI ALMONI, quod non viri nomen eſt, ſed auctorem innominatum ſignificat.

*Lapis adjutorii*, hebraice *Even Haezer*, liber ELIESARIS filii Nathanis, Pragae 370. in folio editus, in quo variae juris controverſiae deciduntur.

*Lex veritatis*, hebraice *Torath emeth*, quo libro deciſiones juris varias de emtione, commodato, conductione, aliisque rebus expoſuit ARON filius Joſephi Saſonis; prodiit anno 386. Venetiis.

Liber

*Liber botri*, hebraice *Sepher Haescol*, quem ritualem neſcio, an juridicum rectius dicam? Auctorem ejus ABRAHAMVM Montepeſſulanum, magiſtri Iſaci filium, juris ſcientiam habuiſſe non improbabile, cum praeſes ſenatus, ſive, ut illi loquuntur, Pater domus judicii fuerit.

*Liber Collectaneorum, de rebus judicialibus*, hebraice *Sepher Haaſſuphoth*, magiſtri ELIAE CARCASONIS, Galli.

*Liber Coronationis*, ſcriptus ab ISACO, Maſſilienſi.

*Liber de Cauſis*, hebraice *Sepher Haſſiboth*, cujus auctor incognitus, ſive ut Hebraei loquuntur, PELONI ALMONI.

*Liber de Duello*, auctore ISACO BITEREO Romano.

*Liber Formularum*, hebraice *Sepher Schetaroth*, qui, ut titulus ipſe innuit, varias inſtrumentorum formulas continet, et manuſcriptus, Neſſelio teſte, in bibliotheca Vindobonenſi latet. Alium eiusdem tituli librum Bibliotheca Uffenbachiana, et iterum alium bibliotheca Sorbonica Pariſienſis habet

*Liber de rebus judicialibus*, hebraice *Sepher Dinim*, magiſtri DAVIDIS, prognati a Gedalia ex Jachiadarum familia.

*Liber de judiciis juris jurandi*, hebraice *Sepher Miſchpatte Scevuunoth*, juris conſulti incom-

comparabilis HAAI GAONIS, cujus ſupra mentionem fecimus. Impreſſus Venetiis apud Zanetum. Interdum impune eſt jus jurandum non ſervare, ut, ſi quid promiſeris, quod per rerum naturam praeſtare nequeas, aut ſi error ſacramento cauſam dederit. Tunc ſtatuunt recedi poſſe a promiſſo per jus jurandum confirmato.

*Liber Judiciorum*, incerti ſcriptoris, cujus Wolfius in Bibliotheca Hebraea, ſub numero 433. meminit.

*Liber Judiciorum*, hebraice *Sepher Haddinim* impreſſus Bononiae anno 289. in quo varias, de cauſis pecuniariis, lites decidit magiſter MENACHEMVS, qui ab Italiae oppido Recineto nomen Raccanati adeptus, anno Chriſti 1280 floruit. Hunc, cum a patre in ſcholam miſſus, attamen hebetiori eſſet ingenio, ut fere ſtupidus videretur, tradunt, ſubita rerum converſione perſpicacem admodum atque doctiſſimum factum eſſe. Nempe praeviis jejuniis a deo petiit, ut ingenium docile largiretur. Hoc facto eum fortuito ſomno ſopitum, deinde vero ab ignoto quodam viro, qui vas aqua repletum tenuerit, et, bibe! acclamaverit, ſuſcitatum fuiſſe, narrant. Hauſta cupidius aqua, cum ſcholam poſtea intraret, ſenſit ſe alium plane hominem evaſiſſe. Coepit enim magiſtros ab illo tempore non ſolum cum majore fru-

ctu

ctu audire, ſed etiam ipſe non nihil meditari, ut tandem omnium ſapientiſſimus judicaretur.

*Liber Deſiderii*, hebraice *Sepher Chephez*, magiſtri CHANANELIS, Africani, qui ad rem forenſem pertinuiſſe videtur.

*Liber de prohibitis gradibus*, hebraice *Sepher al iſſure darghin bachatum*, auctore MOSE, filio Eliae, doctore Byzantino.

*Liber Dilectionis*, hebraice *Sepher Jediduth*, compoſitus a BENJAMINE Italo, quo, ut ipſe in prooemio libri, *Timentium ordine recto* profitetur, de rebus judicialibus egit.

*Liber legalis*, de cauſis ad jurisdictionem contentioſam pertinentibus, quem edidit magiſter JACOBVS, filius Iſaci Halavae.

*Liber Electionis*, hebraice *Sepher Habbechira*, opus MENACHEMI, filii Salomonis ex domo Meiriana, qui anno Chriſti 1306. claruit et in hoc libro de rebus judicialibus et cauſis forenſibus elegantiſſime ſcripſit.

*Liber Emtionis et Venditionis*, hebraice *Sepher Hammecach Vehamimcar*, Venetiis 362. deinde Amſtelodami 475. et 481. editus. In ſexaginta *Portas* ſive capitula dividitur. Opus HAAI GAONIS, ultimae ſcholae Babilonicae rectoris, de quo ſub titulo *Judicia Tanaim* quaedam protulimus. Hunc librum ex hebraica in linguam arabicam con-

vertit ISACVS, filius Rubeni, natione Barcellonius. Utiliſſimum librum eſſe omnes uno ore profitentur.

*Liber Pignoris*, eodem auctore.

*Liber Oblationum*, hebraice *Sepher Hattrumoth* de commodato, mutuo, uſuris, aliisque cauſis pecuniariis agit, primo Theſſaloniae anno 356. in quarto, deinde Pragae anno 365. in folio editus, cuius auctorem magiſtrum SAMVELEM, filium magiſtri Iſaci, natione Sardum perhibent. Hunc librum commentariis ampliſſimis inſtruxit atque denuo Venetiis 403. in folio edidit magiſter AZARIA, magiſtri Ephraimi filius. Agitur etiam in illo de depoſito. Hoc qui fallit, duplo punitur, quae diſſertis verbis poena inficiationis appellatur. Praeterea ad teſtimonii dictionem inhabilis judicatur, qui depoſitum negavit.

*Liber Synagogae magnae*, hebraice *Sepher Cheneſeth Hagedola*, quo titulo commentarium ſuum in Caronem inſcripſit magiſter CHAIMVS BENBENASTA, filius Iſraelis. Editum hoc opus Liburni, anno 418. in folio ac deinde Furthi.

*Liber Turris Davidis*, hebraice *Sepher Migdal David*, Theſſaloniae editus auctore DAVIDE filio Jacobi, in eam Miſchnae partem, quae de repudiis agit, prolixe commentatur. Caeterum hic titulus promiſcuus eſt, ut etiam libros

libros grammaticos, geometricos, aliosque eo inſignitos invenerim.

*Liber Viſionis*, hebraice *Sepher Chazon*, in quo JACOBUS, filius Judae Landavienſis, acuta quaedam legis aenigmata atque ejusmodi, quae inexplicabilia dici poſſint, diſſolvit, impreſſus Venetiis anno 307. et Pragae 369. in quarto

*Liber Urbis Davidis*, hebraice *Sepher Ir David*, quo nomine Quaeſtiones et Reſponſa juris denotantur, quae magiſter ELIESAR DAVIDES MEATTON, de ritibus potiſſimum, ſeculo Chriſti decimo et ſeptimo ſcripſit.

*Lux Sata*, hebraice *Or Serua*, inter alia etiam judiciorum leges exponit, quas Judaei ſervant. Auctor putatur magiſter ISACUS Viennenſis, filius Moſis. In ſuis autem judiciis mulieres Judaei a teſtimonio dicendo repellunt; deinde in cauſis pecuniariis non licet ſua ſponte teſtimonium dicere, niſi ab ipſo exigant aut litigantes aut Synedrium: At in judiciis capitalibus licet unicuique ſponte ſua delictum denunciare. Propinqui tamen et aleatores arcentur. Pontifex maximus teſtis eſſe non cogitur, niſi in cauſa regis. Volunt etiam Rabbini, ut judex pari loco habeat judicantes, neque uno ſtante alter ſedeat, neque huic copioſa oratio permittatur, illi autem: brevitati ſtude, acclametur. Docent etiam

doctores, ſi ex duobus litigantibus unus amictus fuerit pretioſa, alter vero detrita veſte, dicendum eſſe diviti, aut indue veſti adverſarii ſimile veſtimentum, aut tuam depone purpuram, tunc demum ſententiam dicemus, ſi ſimiles ſitis. Cum multitudo cauſarum diſturbat judicem, perſonarum miſerabilium lites prae caeteris maturare jubetur.

*Magnificentia Mardochai*, hebraice *Gedula Merdochai* innominati auctoris.

*Magnificentia Oblationis*, hebraice *Gedula Theruma*, qui eſt commentarius in librum *Therumoth*, diviſus in ſeptuaginta Portas et de rebus judicialibus agit.

*Manus fortis*, celeberrimum MAIMONIDIS opus, quod interdum etiam *Repetitio Legis* appellatur, univerſam quidem Rabbinorum ſcientiam atque theologiam inprimis complectitur, attamen etiam legalia ei quam plurima inſunt, ſiquidem in libro ejus undecimo: *de furto, rapto, oppignoratione, & homicidio agitur.* Furtum duplo, quadruplo aut etiam quintuplo luitur, pro magnitudine furti. Vendere tamen furem moris non eſſe Maimonides noſter ſcribit. Fur qui tempeſtive fatetur, ſimplum tantum reſtituit. Homicidii poena plectitur etiam is, qui ſervum ſive Judaeum, ſive barbarum occiderit. Plagium laqueo punitur. Parentes pulſare capitale eſt. Magi et malefici occiduntur. Si maritus

ritus cum alterius conjuge rem habuerit, utrique gula conſtringitur, ſi cum alterius ſponſa, uterque lapidibus ingeſtis necatur, ſi ſacerdotis filia fuerit, illa comburitur. In iis vero locis ubi Judæis nulla jurisdictio, nedum imperium conceditur, cum poenas, quas diximus, de ſceleratis ſumere non poſſint, illud tamen uſu venit, ut qui delictum hujusmodi commiſerit, a ſacris arceatur, et excommunicationis fulmine feriatur. In duodecimo hujus operis libro, *de adquirenda poſſeſſione, de emtione et venditione, occupatione, jure vicinitatis, mandato, ſocietate, et ſtatu ſervorum*, in decimo tertio, *de locatione et conductione, commodato, depoſito, mutuo, hereditatibus, petitore et reo*; in ultimo denique hujus operis libro, *de judicio, teſtibus, eorumque depoſitione*, ex profeſſo agitur. Hujus libri artifex ipſe eſt ſummus Judaeorum et immortalis doctor, MOSES MAIMONIDES, cujus obtuſum, ut videbatur, ingenium et a patre ſaepius increpatum, in tantum ſe ſplendorem extulit, ut adoleſcens viginti et trium annorum jam celeberrimum in Miſchnam commentarium ſcriberet, et de eo Judaei: *a Moſe ad Moſen, non fuiſſe alium alterutri majorem, quid? ne ſimilem quidem*, aſſerant. Dicitur hic Moſes a patria interdum Aegyptius et contractis initialibus totius nominis litteris, etiam RAMBAM. Dignus ſane, qui non ſolum a ſuis, verum etiam no-

bis ſumma laude decoretur. Quidni enim divina Judaeorum ingenia admirari nobis liceat et venerari? Sane in republica litteraria, verpus an Chriſtianus ſis? ne minimum quidem intereſt. Hoc autem Maimonidis opus ſaepiſſime Conſtantinopoli, Venetiis et Amſtelodami impreſſum.

*Menſa inſtructa*, hebraice *Sciulchan Aruch*, incomparabilis viri, Josephi Caronis, ſaepius edita. Hanc Menſam egregio commentario illuſtravit Moses Isarles Sacerdos Cracovienſis, ſub titulo *Mappa ſuper menſam*. Eſt autem Caronis opus Cracovii anno 338. in folio, ac deinde ſaepius, prelis, cum hac ipſa *Mappa*, repetitum.

*Miniſterium Leviticum*, hebraice *Avodat Hallevi*, quod explicat praecepta 613. Moſaica. Non defuerunt, qui hoc opus a Mose Hiſpano, filio Nachmanni, celeberrimo magiſtro ſcriptum putarent, qui pater ſapientiae et, contractis initialibus litteris, ut apud Rabbinos aſſolet, brevius Ramban vocatur, adeoque una tantum littera a Rambamo differt. Fallere autem, qui Moſi noſtro hunc librum tribuant, demonſtravit Wolfius in Bibliotheca Hebraea, eſſe enim Salomoni Levitae filio Elieſaris potius tribuendum.

*Mordochi*, titulus libri legalis, in Germania a Rabbinis novem, mira ingeniorum ſocietate, compoſiti, quo opera Rav Alphes illuſtrantur,

ſtrantur, unde his impreſſis illum ut plurimum junctum videas.

*Noticias reconditas y Poſthumas del procedimiento de las Inquiſiciones de Eſpanna y Portugal, con ſus Preſos. En Villa Franca 1722.* in octavo, auctore DAVIDE NIEDO, medicinae peritiſſimo, qui Liburni judicem egit, deinde Londini ſynagogam rexit, in qua urbe etiam libellus revera prodiit, quo diram Inquiſitionis Hiſpanicae cenſuram et judicii formam deſcribit.

*Omnis rei deſiderium*, hebraice *Lechel Chephez*, formulas continet varias actionum et contractuum, cujus auctor eſt magiſter JEHVDA ABARBANEL, filius Samuelis. Prodiit Venetiis anno 312. in quarto.

*Omnia in eo*, hebraice *Col bo*, liber Pandectis in titulo ſimilis, quae etiam Juſtiniano dicuntur omnium rerum receptacula. Juridicum hunc eſſe dicit Wolfius, cujus fidem ſequor, licet paulisper addubitem.

*Panis robuſtorum*, hebraice *Lechem Avirim*, ab Hottingero etiam libris legalibus annumeratur. Editum eſt Venetiis anno 365. in folio, auctore ABRAHAMO BORGILIO, nepote Gacizi, celeberrimo viro, ut ex ipſo hujus libri initio apparet, in quo dicitur *Luminare magnum Sinai et ſcrutans montes.*

*Pater meus collegit*, hebraice *Avi Aſaph*, quo mirabili titulo librum ad diſciplinam legum

et ritus ſacros pertinentem inſcripſit ELIESER, filius Jacobi.

*Pectorale Judicii*, hebraice *Choscen Miſchpat*, non peculiaris liber, ſed quarta pars eſt operis *Turim* dicti, atque ſtatim primis temporibus, quibus typographiam exercere Judaei coeperunt, editi, deinde vero ſaepius tam in Aſia, quam in Europa prelis repetiti. In hac operis parte ad jurisdictionem contentioſam pertinentia expoſuit JACOBVS, filius Aſcheris, natione Germanus, omnium bonorum, praeterquam eruditionis et bonae mentis, egenus. Nam doctum, ſed pauperem fuiſſe ferunt. Vixit ſeculo Chriſti decimo quarto atque nobiliſſimum ſcholiaſten nactus eſt JOSEPHVM CARONEM.

*Porta Judae*, hebraice *Sciaar Jehuda*, in qua de gradibus licitis et illicitis agit JEHVDA, filius Elieſaris Tzielebi, qui haereticus, nempe Caraeus fuit. Jam quoniam praevideo, multos fore, qui nullam hujus ſectae notitiam habeant, paucis illorum doctrinam complectar. Caraei ſcilicet, non agnoſcunt traditiones, ſive ut clarius dicam, Talmudem divinitus datam eſſe negant, et omnem Cabbalam rident. Conſuli quidem Miſchnam et Gemaram poſſe, ut commentatores legis divinae alios, ſed recedere licere, ſi minus recte Moſis effata interpretari videantur. Itaque ſimilis Catholicorum et Proteſtantium diſſen-

diſſenſioni, illa Rabbinorum et Caraeorum eſt. Rabbini enim pro traditionibus Moſi a numine traditis, ſive, ut vocare ſolent, *pro lege orali* in Talmude conſervata pugnant, quam is ſimul cum ſcriptis legibus a Deo acceperit. Neque probabile dicunt, Moſen quadraginta dies in monte Sinai decem illorum brevium praeceptorum et duarum tabularum cauſa commoratum eſſe, ſed hos dies tradendae orali legi impenſos fuiſſe.

*Praemonitiones*, hebraice *Azaroth*, quas circa Inſtrumenta dotalia ſeu chartas nuptiarum ſcripſiſſe dicitur Isacvs, Barcellonius.

*Quaeſita*, hebraice *Scheeloth*, de quibus mox ſub titulo *Reſponſa* dicemus.

*Rationes praeceptorum*, hebraice *Taame Hemitzvoth*, Menachemi Raccanati, qui in hoc opere magna adorſus, etiam cauſas, propter quas deus hanc illamve legem dederit, ſed, quod dolendum eſt, per Cabbalam extricare auſus eſt. Prodiit Lublini, Conſtantinopoli, et Baſileae apud Frobenium. Jam, Cabbalae quoniam mentio facta eſt, de puerili ejus ſubtilitate quaedam adjiciamus. Nempe illa fere tota in ſingularium litterarum contemplatione conſiſtit. Sic verbi cauſa litterarum in verbo quodam obvenientium valorem, quem habent, ſi ut numeri conſiderentur, expendunt, ut: cum beſtiae numerus in Apocalypſi ca-

 pite

pite decimo tertio, verſu decimo et octavo dicatur 666. Cabbaliſtae illi in hebraico aut graeco viri nomine quaerunt eum numerum, ac ſi invenerint, hunc per beſtiam deſignari arbitrantur. Verba hoc modo inter ſe aequalia graece *iſopſepha* appellant. Crediderim hunc prae gaudio exultaſſe, qui in nomine Μειθρας, quo Perſae ſolem deſignant, ſecundum litterarum valorem numerum dierum 365. quo annus conſtat, primus invenit.

| | | |
|---|---|---|
| Μ | = | 40. |
| Ε | = | 5. |
| Ι | = | 10. |
| Θ | = | 9. |
| Ρ | = | 100. |
| Α | = | 1. |
| Σ | = | 200. |
| | | 365. |

Hujus verbi iſopſephum eſt *Abraxas*, nam obvenientes in illo litterae, ſi additione ſingulae connumerentur, etiam 365. conficiunt. Aliud genus cabbaliſtici luſus eſt, ſi litterae ſingulae in verbo obvenientes pro ſiglis ſumuntur. Sic ιχθυς, quod graecis *piſcem* ſignificat, hoc modo explicant:

I. Ιησȣς

X. Χριϛος

Θ. Θεȣ

Υ. Υιος

Σ. Σοτηρ

Hinc ratio reddi poteſt, quare in Chriſtianorum vetuſtiſſimis ſepulchris ſaepius conſpiciatur piſcis imago. Fuerunt enim ex noſtris, Gnoſtici inprimis, Cabbalae dediti. Interdum etiam non litteras, ſed ſyllabas inſpiciunt, verbi cauſa: in nomine *Seneca* hoc ſibi praeſagium videntur obſervare: SEveritate NEronis CAdens, aut etiam alio modo *Senecam* vocari putant, quaſi *Se necantem*. Item in verbo *Homagium* rem totam, quae ipſo exprimitur, latere, ut Homagium idem fere ſit, quam: *Homo ego tuus ſum*. Ultimum genus eſt anagrammatiſticum, cum per litterarum tranſpoſitionem alia verba eliciuntur, ex quibus deinde ſolent vaticinia deſumere. Nonne vero ſtultos putemus, qui in his ſapientiam quaerunt? Hoc ipſo ſeculo ingenium Judaeorum excogitandis ineptiis admodum fertile illis veteribus novum luſum addidit. Scribunt ſcilicet ſententiam quandam vel carmen hebraice, ut idem illud, tantummodo punctis aliter poſitis, etiam latine legi poſſit. Mirum profecto iisdem litteris res plane diverſas in lingua duplici exprimi poſſe.

*Reli-*

**Reliquiae Joſephi**, ſcriptae a magiſtro JOSEPHO, filio Mardochai Gerſonis, qui ſacerdos juſtitiae dictus eſt et praeſes judicii in Synagoga Cracovienſi usque ad annum Chriſti 1591. claruit.

*Reſponſa et Quaeſita Legalia*, hebraice *Uteſcivuoth et Scheeloth*. Venio jam ad praecipuum noſtrae bibliothecae pluteum, quo non eſt alius locupletior. Maxima enim jurisprudentiae Rabbinicae vis in hujusmodi conſultationibus, quaeſtionibus, reſponſis, rebus judicatis atque deciſionibus conſiſtit. Nobis ex infinita propemodum harum copia aliquas ſaltem Quaeſtionum et celebriores Reſponſorum auctores in medium produxiſſe ſufficiat, quales ſunt: magiſter ABRAHAMVS filius Maimonidis; magiſter BENJAMIN filius magiſtri Joſephi; magiſter BEZALEL Germanus, ſive, ut hebraice dicitur, Aſchenaci; magiſter CHAJIMVS ABV ZAHI; magiſter ELIAS MISRACHVS; magiſter EPHRAIMVS LIGLINVS Pragenſis; magiſter GERSON Germanus; magiſter JACOBVS VEIL, inſignis juris conſultus, in cujus quaeſtiones Notas fecit MENACHEMVS Merſeburgenſis; magiſter JEDIDJA Rhodius; magiſter JEHVDA cognomine Leo, filius Bezalelis, praeſes judiciorum omnium per univerſam Poloniam; magiſter JEHVDA LERMA; magiſter JEHVDA MENTZIVS

i. e.

i. e. Moguntinus; magiſter JOSEPHVS CARO; magiſter JOSEPHVS COLON, natione Gallus; magiſter JOSEPHVS TEITZACCVS; magiſter ISACVS ADARBI; magiſter ISACIVS MARDOCHAI; magiſter JACOBVS filius Samuelis Adarbi; magiſter ISACVS filius Scieſciati in Algerio natus; magiſter MEIER cognomine Chattan Hammelech, hoc eſt: *Gener Principis*; magiſter MORDECHAVS Rotenbergenſis, filius Moſis; magiſter MOSES ALESCAR, qui cum Schem Tovio controverſias plures agitavit; magiſter MOSES GALANTE filius Mardochai; magiſter MOSES MAIMONIDES; porro magiſter MOSES filius Nachmanni; magiſter MOSES filius Joſephi ex Trana, urbe Apuliae, ortus, qui *Lumen Iſraelis* dici meruit; magiſter SAMVEL LVRIA; magiſter SAMVEL Medinenſis; magiſter SAMVEL filius Iſaci, Sardus; magiſter SIMEON BVRAN filius Zemachi; et qui ſunt caeteri. Collectio Reſponſorum Legalium Rabbinorum Hiſpanicorum et Germanicorum lucem viderunt Conſtantinopoli anno 316. in folio. Pleraque tamen cauſas religionis tangunt, et formas benedictionis, luctus, jejuniorum aliarumque caeremoniarum exponunt.

*Reſponſum ſuper uxore, quae incerta eſt, utrum maritus adhuc vivat nec ne, ac alteri*

*teri nubere prohibetur*, Pragae anno 354. et, Francofurthi 479. prodiit, datum ac editum a magiſtro JACOBO POLACCIO.

*Seminate ad juſtitiam*, hebraice *Sareu Lizdaca*, liber in quo doctor incertus nec nominatus de jure Hebraeorum varia expoſuit, ſi vera Hottinger in Bibliotheca Orientali narravit.

*Semita Juſtitiae*, hebraice *Nethivoth Miſchpat*, auctore CHAJIMO ABV ZAHI, in qua reſponſa et quaeſtiones juris obveniunt. Opus ob titulum inprimis mirabile, ſiquidem eodem majores noſtri etiam delectati ſunt, cum habeamus in Germania duplicem Judicii Semitam, nempe Land-Rechtes et Lehen-Rechtes *Richt-Steige*, quod verbum ut plurimum per Semitam explicant, licet mihi probabilius videatur, ſtatuam Mercurialem per *Richtſteig* ſignificari, ſive poſitam in triviis crucem manumve ligneam, aut ſimile ſignum, quod iter facientibus viam monſtret. *Richten* enim noſtra in lingua idem eſt, quod ordinare et dirigere. Viam autem per *Steig* notari, unusquisque, vel me tacente, novit.

*Sententiae judiciales*, hebraice *Peſakim*, Venetiis editae a magiſtro MINTZIO.

*Servitus Sancta*, hebraice *Avodath Cacodeſch*, Venetiis 362. typis publicata, auctore SALOMONE filio Addarethi, Barcinonenſe; ſecundum Bartoloccium is liber juris eſt; ſin Wolfii

ſii fidem ſequamur, tantum ritus et caeremonias ordinat. Certe titulus libro pulcherrimus datus eſt, cum legibus ſervire merito ſancta et aurea ſervitus dicatur, quam idcirco ſervimus, ut liberi eſſe poſſimus.

*Statuta Synagogae Amſtelodamenſis*, hebraice *Hanhagoth*, edita ſecunda vice Amſtelodami anno 476.

*Statuta Judicum*, hebraice *Chuccot Haddijanim*, in quo libro de officio judicis, nempe quomodo is ſe in cauſis pro tribunali decidendis gerere debeat, exponitur. Auctorem non, ut Bartoloccius vult, JOM TOVIVM, filium Abrahami fuiſſe, ſed JOM TOVIVM ASCHBILVM ſeculi XV. doctorem, Wolfius probat. Ejusdem tituli librum ſcripſit etiam SALOMO filius Tazrathi, anno Chriſti 1130.

*Statutum Legis*. Si titulum operis legas, videri illud poterat ad jurisprudentiam pertinere, at vereor, ne cabbaliſticus ſit, quemadmodum Buxdorfio viſum. Vtcunque ſe res habeat, auctorem diſſimulare nefas JEHVDAM, filium Aſcheris, qui cum in illud tempus incidiſſet, quo perverſa et truculenta opinio: ferro ac flamma religionem propagandam eſſe, heu dicere horreo! in miſerum genus Judaeorum crudeliſſime ſaeviret, atque is vereretur, ne rogo, equuleo, plagis ad deſerendam religionem adigeretur familia, uxorem primo ſuam, deinde fratris Jacobi,

ſuis

ſuis manibus trucidavit. Hoc facto enſem cruore propinquorum calidum per ſua praecordia egit, et glorioſiſſima morte ſe pro ſuperſtitione devovit. Sepultus eſt Toleti anno Chriſti 1391. Plures religionis Judaicae martyres ſiſtit Wolfii Bibliotheca Hebraica Tom. 2. p. 1101.

*Super concubitu*, hebraice *Al aſſure biah*, libellus SEADJAE, ſive SAADIAE GAHONIS, natione Aegyptii, ſcholae Saronae in Babylonia principis, qui anno Chriſti 942. mortuus eſt. Neſcio tamen, anne hoc opuſculum ſuperſit, certe typis nunquam eſt expreſſum.

*Ticcun Schetaroth*, quo titulo hebraico deſignatur libellus exponens formulas contractuum. Prodiit Furthi anno 458.

*Triumpho del Govierno Popular*, latine *Triumphus regiminis popularis*, ſive Democratiae, ſine loci mentione editus, anno 443. a DANIELE LEVI, qui etiam MICHAEL DE BARRIOS appellatur.

*Viginti Capita de Jure jurando in judicio praeſtando*, luci commiſit magiſter JACOBVS Rubeni filius.

*Viri animati*, hebraice *Baale nepheſch*, liber varias juris deciſiones continens SALOMONIS Barcinocenſis, cujus *Servituti ſanctae* adjectus, et cum ea Venetiis anno 362. editus eſt. Ejusdem librum tituli etiam ABRAHAMVS,

filius Dioris. Levita ſcripſit, in quo muliebres caerimonias & matrimonii jura expoſuit.

His abſolutis miſcella quaedam & primo illud referam, praeter Talmudem agnoſcere adhuc Judaeos 613. praecepta Moſis ſingularia, quae Rabbini in affirmativa ſeu jubentia, & negativa ſive prohibentia diſtinxerunt multisque commentariis explicarunt. Illa tamen caerimonias magis & cultum divinum attingunt, quam ob cauſam iis immorari ſuperſedeo. Neque tamen inter Judaicos doctores PHILONEM prætermittere fas eſt, cujus operibus etiam legalia inſunt, licet illa ad naturalia magis, quam civilia jura pertinere videantur. Scripſit enim περι των δεκα λογιων *de decalogo;* περι ευγενειας *de nobilitate;* περι αθλων και επιτιμιων *de praemiis & pœnis,* ut caetera taceamus. Deinde jureconſultis Rabbinis etiam annumerari ſolet ABRAHAMVS ZAALON filius Iſaci, qui tamen in hoc genere litteris nihil conſignavit, porro JOSEPHVS CORCOSO & magiſter JACOBVS filius Simeonis Caræorum haereſi addictus, qui refutavit JOSVAE tractatum de gradibus conjugii prohibitis. Quo ſenſu autem JOSEPHVS HARROAEVS cognomine Sapiens primus omnium cognationis gradus ordinaſſe dicatur? nondum ſatis explorare potui. Anne is arbores illas? an-

ne alia ſchemata primus delineavit? Multis vero augeri hæc bibliotheca voluminibus poterat, ſi congerere voluiſſem omnia legalium librorum titulo inſignita. Sed nimis ambiguum hoc & fallax nomen viſum eſt, cum omnis qui ſcripturam ſacram & Talmudem interpretantur, ab iis Legales libri appellari ſoleant. Neque dubito illos, quos ſupra nominavi, Bibliothecarum Orientalium ſcriptores, ſaepius mihi verba dediſſe & in hac ipſa, quam aperuimus, Judaica juris bibliotheca nonnulla obvenire Rabbinorum opera, quæ legem quidem exponant, ſed caerimonialem, non civilem. Nihil tamen, etiamſi forte hac in re aberraverim, perturbor, cum leges etiam divinae & jus ſacrum ampliſſimo noſtrae diſciplinae ambitu contineantur. Nunc, ſi prius veniam & impunitatem impetraverim, nonnullos extra ordinem commemorandi, qui de hac Judaeorum jurisprudentia aliquid commentati ſunt, primo in medium produco duorum, ignobiliores illas quidem, attamen ad rem praeſentem facientes diſſertatiunculas, quas mihi indicavit & perlegendas miſit Pomeranicae Themidis ſacerdos & litteratiſſimus jureconſultus Oelrichius, unam ſcilicet: THEODORICI DASSOVII *de jure Finium in Pandectis Talmudicis, titulo Hammecabell, aliisque Hebraeorum jureconſultis eruto. Vitebergae 1676,* alte-

alteram: THEOD. CHRISTOPHORI LILIENTHALIS, *de* ΝΟΜΙΚΟΙΣ *juris utriusque apud Hebraeos doctoribus privatis, Meditationem epiſtolicam, Halae 1740. 4.* Deinde ZIPFELIVM adduco, in cujus Jure Cambiali, libro germanice ſcripto, ſatis ampla commentatio obvenit ſub titulo: *Jüdiſcher Handels, Frau ſonderbare Obligation, ſonſt Schedaroth oder Staars genannt.* SELDENI autem *Jus naturae & Gentium juxta diſciplinam Hebraeorum,* nec non *Uxorem Hebraicam,* & librum *de Succeſſione in bona defuncti ſecundum leges Hebraeorum,* credo ignorare neminem. Tandem non injucundum ſcitu, JOHANNEM BODINVM Andegavenſem jureconſultum, quem matre Judaea ortum dicunt, chriſtiana religione ſimulata, veterem Judaeorum cultum tacito pectore amplexum eſſe, atque HVGONEM GROTIVM, huic plus, quam chriſtianæ religioni faviſſe. Turpius quod in Capite XVII. libri noni Obſervationum profert Cujacius, exemplum. Nempe doctor juris apud Conimbricenſes, cujus nomen tacet, ejurata chriſtianorum religione, ſe circumcidi paſſus eſt. Primarium vero in hac tota Rabbinorum jurisprudentia & nobiliſſimum opus HOTTINGERI, ad extremam noſtrae bibliothecae partem, reſervavi. Prodiit ſub titulo: *Juris Hebraeorum leges CCLXI jux-*

*ta* Νομοθεσιας *Moſaicae ordinem atque ſeriem depromtae, ductu* Rabbi Levi Barcellonitae, *breviter quidem ſed ita propoſitae, ut non theologiae tantum, ſed & juris ſtudioſis magno uſui eſſe poſſint, auctore* JOHANNE HENRICO HOTTINGERO. *Tiguri 1655 in Quarto.* Sed de Rabbinorum diſciplina hactenus. Facilis eſt ab ea, ad Saracenicam Juris Bibliothecam tranſitus, quam merito ſuperiori jungimus, cum fere omnia, quae de Rabbinicis dicta ſunt, eodem modo de libris juris Arabicis valeant, & legum Muhamedanarum doctrinam Judaicae jurisprudentiae ſimillimam eſſe, nemo neget.

# BIBLIOTHECA
## IVRIS
## ARABICA.



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0041
DFG

Jam in ſuperioribus Muhamedanorum *Sunam* omnino Talmudi comparandam, atque divinam quidem, ſi iis credas, neque tamen ſcriptam ſed *oralem*, ut vocant, *legem* eſſe, expoſuimus. Excepta autem eſt & litteris tradita a praecipuis prophetae diſcipulis, quorum nomina ſunt, MVZLINVS, BOHARIVS, BVHORAYRA, ANECEJVS, ATER-MINDY & DEVDVS. Sunt vero praeter hos adhuc alii, ut vocantur, *Traditionarii.* Nam Suna nomen eſt non illis tantum, quas nominavi, antiquiſſimis & ex ipſo Muhamedis ore perceptis, ſed aliis etiam traditionibus commune. Sane Hottinger plures Sunas commemorat, inprimis vero BOCHARII, qui a patria ita vocatur, proprio vero nomine ABV ABDALLA. Servat eam bibliotheca Leidenſis hoc titulo: *Suna, ſive Pandectae* BOCHARII *continentes reſponſa Muhamedis & Jus Muhamedicum univerſum, ceremoniale, civile, forenſe, ſummae poſt Coranum auctoritatis.* Ac, ne dubites multa etiam juris privati capita in his Pandectis obvenire, rubricas quasdam ex toto opere decerpam, quae latine verſae ita habent: *Emtio & venditio; Anticipata pretii ſolutio*; *Locarium; de Mandatariis; Vadimonium ſeu fidejuſſio; Munus Tutoris & Negotiorum geſtoris; Migratio*

*de regione in regionem; Manumiſſio ſervi; Servus, qui domino ſuo certam promiſit ſummam, qua ſe redimat; de Donis; de Teſtimoniis; Transactio; de Stipulationibus; de Teſtamentis; de Tributis; de Conjugio & Divortio; de Jurejurandis & Votis; de Perjuriis; Poena definita a Judice; de Damnis,* & quae ſunt reliqua. Quemadmodum vero Arabes arctiſſima cognatione, & patriae & morum, Judaeis juncti ſunt, ita apud utrosque uſu loquendi receptum, ut juris conſulti nominentur, non ſolum juris civilis ſtudioſi, verum etiam qui Alcorani myſteria ſcrutantur. His obiter notatis, nunc ipſos juris libros ordine ſuo proferamus:

*Caput Juſtitiae*, arabice *Sadr al ſcheria*, ſcriptum a OBEIDALLA, filio Maſſudi.

*Caſus ſingulares & Allegationes juris*, arabice *Navazel fil fekhi*, autore ABV LAITHO, Samarcandio qui & ABVLEITH ſcribitur. Is inter caetera (proſtant enim ejus benedicta quam plurima,) dicere ſolitus, quem deus pauliſper diligat, huic divitias; quem impenſius amet, huic docile ingenium & ſapientiam largiri. Hanc ob cauſam nefas eſſe & indignum docto homine, ſe diviti ſummittere, ſiquidem plura & praeſtantiora munera a deo acceperit. Caeterum de hoc celeberrimo jurisconſulto plura dicemus, cum ad ejus *Theſaurum jurisprudentiae* devenerimus.

Cata-

*Catalogus Juriſconſultorum*, arabice *Thabacat alcobra alfocaha*, in quo vitae juris peritorum enarrantur ab ABV ISACO ABRAHAMO, filio Ali Alſchiraci. Scripſit etiam ſub eodem titulo de claris legum interpretibus MAHVMEDES, filius Abdalmalecis Alhamadami. Quo loco, quam ſuperius indicavimus, revocanda eſt in memoriam neceſſaria annotatio, jurisconſultorum nomine apud Judaeos pariter atque Saracenos promiſcue, tam juris divini quam humani, interpretes venire. Nempe Alcoranum legem vocant. Quam ob cauſam ſcire non poſſum, anne in hoc jurisconſultorum indice theologus forte unus alterve obveniat? Celebrantur autem apud Arabes potiſſimum ſex jurisconſultorum familiae, quarum duces ſunt: SCHAFEVS, ABV HANNIFA, MALEC, HANBAL, SOFIANVS ALTHAVRVS, & DAVIDES ALESFAHANVS, quae quidem ſectae orthodoxae reputantur omnes. Adde inferiorem, de Hiſtoria JCtorum Arabicorum, locum.

*Clavis Juriſprudentiae*, arabice *Mefta alfech*, auctore SAADDINO MASSVDO TACTAZANI, filio Omaris. In hoc opus commentarium ſcripſit JAHIA, filius Saifi, cognomine SEIRAMVS.

*Collectio Deciſionum Juris*, arabice *Mochtar al fetavi*, quam ſecundum doctrinam Abu

Hanifae fecit GEMALEDDINVS ABDALLA, filius Mahmudis, quod aureum opus, ut vocare ſolent, in epitomen redegit BORHAMMEDDINVS, ſub titulo: *Ecthiar al mocthar.*

*Commentarius in librum quintum Corporis Juris Saracenorum Mudewena dicti,* litteris Mauritanicis in folio ſcriptus, inter libros fuit, quos Joſephus Scaliger bibliothecae Leidenſi legavit.

*Commentarius in librum Scharafi Algaci, quem Adab al cadhi inſcripſit,* arabice *Emad al redha.* Auctor hujus commentarii eſt ZACHARIAS, filius Muhamedis Alanſeri, natione Aegyptius, qui judex ipſe *de officio judicis* ſecundum doctrinam Schafei, in hoc opere tractavit.

*Conſilium principi datum ad rem publicam bene gerendam,* arabice *Nadhm alſoluc fi vad al moluc.* Liber politicus ABVBECRI MVHAMEDIS, filii Iſſae Alacmi, natione Andaluſii.

*Conſilium regi datum,* arabice *Naſſihat al moluc,* auctore ABV HASSANO, cognomine MAVARDI, jurisconſulto ex Schafeorum ſecta.

*Corpus juris civilis,* arabice *Almudavana,* ſive abjecto articulo Mudavana, quam & *Madewennam* ſcribi videas. Hic codex in bibliotheca Eſcuriali regis Hiſpaniae manuſcri-

ptus

ptus extat. De commentario quodam hujus operis antea diximus.

*de Damni reſtitutione ab animalibus facti* ſeu *de pauperie*, arabice *Agiora albehaim*, auctore DAVIDE, cognomine Alfaki, quod verbum jureconſultum denotat. Nempe legum doctores in magno apud illos honore habentur, veſtium ornatu ſingularium ſe a plebe diſtingunt, & dicuntur *Fakihi*, a quo Hiſpanicum verbum *Alfaqui* deſcendit. Itaque ut apud nos CVJACIVS, ita apud ſuos, hic DAVIDES eminenter jureconſultus dictus eſt.

*Deciſiones Antinomiarum*, arabice *Oſſul aladhad*, auctore ABVLFADLE HASSANO, filio Muhamedis, cujus ſcripti auctor alio nomine etiam SAGNANVS appellatur.

*Deciſiones Juris* ſub titulis arabicis *Eelam fi hodud alaccam*, & *Fetavi* & *Alfetavi* & *Eleam uhtemam* & *Oſſul alfech*, aut hiſce ſimilibus ſcripſerunt: ABVLFADLES ABBAS, filius Muſſae; deinde ZACHARIAS judex, filius Muhamedis Alanſari; porro EBN HAGEB, in cujus opus *Schiracius* notas fecit, nec non ABVBECER, & SERAGEDDINVS ALVASCIVS.

*Deciſiones Juris ſecundum doctrinam Hanbalis* collegit MVAFIKEDINVS ABDALLA, filius Achmedis.

Deci-

*Deciſiones Juris ſecundum doctrinam Hanifae*, arabice *Acam fil heccat Hanefi* collegit ABVL ABBAS Saganus, cognomine NATHAI. A quibusdam hic liber etiam *Oſſal al Zeidia* inſcribitur.

*Errores Juriſconſultorum*, arabice *Golath al doafa men al focaha*, detecti ab ABV MVHAMEDE, filio Berri.

*Fons judicis*, arabice *Bedhaat al cadhi*, deciſiones & res judicatas continens, quas collegit PIR MVHAMEDES, filius Muſſae. Ejusdem librum tituli compoſuit ABV SVDVS ALI, filius Muhamedis, praeſul Conſtantinopolitanus, cognomine EMADIVS.

*Formulae & modus procedendi in judicio*, arabice *Leſſan alhoccam fi marefat allacam*, auctore SCHONA, filio Schonae, qui Hanifetanae ſectae addictus & ſupremus in Chaldaea judiciorum praeſes fuit.

*Formularium Liber*, arabice *Ketab al Enſcha*, in quo varias edictorum, reſcriptorum, aliarum litterarum publicarum formas collegit TACCIEDDINVS, filius Hoggiadi.

*Formularium* aliud ſub titulo *Bolgat al haſedu belagat al afed*, edidit MVHAMEDES ALCANARIVS.

*Formularium*, ſive *Methodus ſcribendi epiſtolas & inſtrumenta*, arabice *Dorr alnaſis fi talim col gialis*, per ABDALRAHINVM AFENDIVM MEVLEFVM.

Fun-

*Fundamentum & principia jurisprudentiae*, arabice *Oſſul fil feca*, auctore ADIBA, cognomine ALMOAFERI. Alius ejusdem tituli liber, & ille quidem antiquiſſimus, extat ſummi & immortalis SCHAFEI, in quo omne jus tam ſacrum, quam civile expoſuit. Hic vetuſtiſſimus interpres ex familia ipſius prophetae ortus eſt, & libros admodum multos, inter hos etiam *Sunam*, poſteris reliquit.

*Hiſtoria judicis Borhaneddini*, arabice *Taric al cadhi Borhaneddin*. Hic Borhaneddinus ſapientiſſimus judex & legum omnium peritiſſimus fuit. Inter poetas etiam refertur. Nam in ligata pariter atque in ſoluta oratione excelluit. Hanc ejus vitam debemus FADLEMO ABDALACIZO,

*Hiſtoria juriſconſultorum*, arabice *Tabacat al focaha*, per EBN SCHOBHAE. Praeterea de variis juriſconſultorum claſſibus ſingulare caput extat, in libro ALI, filii Alcatebi, qui inſcriptus eſt *Taric Ebn al Sagi*. Huc etiam referenda hiſtoria clarorum legis doctorum ſcripta ab ABVBECRO ZOBEIDO filio Haſſani, quae *Acbar alfocaha* dicitur. Quo loco velim ea repetas, quae ſupra in Catalogo juriſconſultorum monuimus.

*Hiſtoriae Judicum & Praeſidum celebriorum*, arabice *Taric alcodhat* a pluribus conſcriptae. Sunt enim Arabes hiſtoriae litte-

riae

riae multo Europaeis ſtudioſiores, & vitas doctorum hominum accuratiſſime deſcribere ſolent. Judicum ergo celebriorum vitas admodum multi expoſuerunt, ex quibus ABULEM ABATEM ACHMEDEM, deinde EBM ALMANDI, porro MUHAMEDEM filium Joſephi Alcendi, nec non EBN HAGIARIS, deinde EBN ALMOJASSARIS & EBN ALMOLACCENI nominaſſe ſufficiat.

*Jaſſa*, vide leges Gingizcani.

*Illuſtrationes circa materiam de Depoſito*, arabice *Abanat ſi marefat al amanat*, quarum auctorem ignoro.

*Inſtitutiones Juris*, arabice *Eſchara fil foru*, auctore AIUBO SELIMO. Ajub autem illis, qui nobis Jobus eſt.

*Inſtitutiones juris* etiam ABULHASENUS edidit, quae Genevae in bibliotheca aſſervantur.

*Inſtructio Praeſidis* ſive *Quaeſtoris*, arabice *Erſchad alhadi*, liber, quem commentario illuſtravit SCHERIFIUS ALHOSAINUS, Georgianus. Commentarius autem illorum in lingua *Schar* appellatur.

*Introductio in jus civile & ſacrum*, arabice *Hedajat fil foru*, edita a BORHANEDDINO ALI, filio Abubecri, cognomine MARGINANI, quae quanta in exiſtimatione fuerit, ex multitudine commen-

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0050

mentariorum intelligitur, quibus recenſendis ſuperſedeo.

*Jura Regia*, arabice *Haccam al ſolthaniat*, auctore ABBV HASSANO, cognomine Mavardi, juriſconſulto ex Schafeorum ſecta. Idem etiam Pandectas ſcripſit, ſive ut vero nomine efferam: *Havi*, hoc eſt: omnia in 60.

*Jus civile Saracenorum* Anonymi, in bibliotheca Eſcuriali numero 124 inſignitum.

*de Legatis*, arabice *Adab al Auſſia*, opus ALI, filii Muhamedis, cognomine GIAMALI.

*Leges Gingizcanae*, arabice *Taurat al Gingizcaniat*, quas Mogoles & Tartari obſervant, a Legislatore ita appellatae. Dicuntur alio nomine *Jaſſa*.

*Leges & modus familiae herciſcundae*, arabice *Ebraz lathaif ſanaat al feraid*, quo titulo proſtat epitome majoris operis, quod *Kafi fi mavareth* appellatur, & ab ISACO, filio Joſephi Alcercali, ſcriptum eſt. Haec autem epitome MAGDIVM habet auctorem.

*Leges quae in Alcorano continentur*, auctore ABVBECRO MVHAMEDE, filio Abdallae.

*Liber de Depoſito*, arabice *Ketab alamanat*, auctore ABVLDONIA.

*Liber*

*Liber Juris*, arabice *Moctaſſar almoharrar*, per RAFFEJVM, quem in epitomen redegit NAVAVIVS.

*Liber legum*, arabice *Vacaja*, auctore ALVALADE ALAZO OBEIDALLA.

*Liber de pactis, contractibus, & actibus*, arabice *Caucab al maſchtac fi ma jotage al mautac*, opus GIARVANI.

*Liber de adquirenda poſſeſſione & de dominio*, arabice *Ketab al meta*, ſcriptus ab ASFVRE, homine juris civilis peritiſſimo.

*Liber de rebus litigioſis*, arabice *Ketab al daavat*, titulus librorum plurium, quorum varios auctores Herbelotus in Bibliotheca Orientali recenſet.

*Liber de Succeſſionibus*, arabice *Raid fil faraid*, auctore ZAMACSCHARIO.

*Liber de Succeſſione in bona materna*, arabice *Cafi fi mavareth al omati*, per ISACVM, filium Joſephi, in epitomen contractus per MAGDIVM. De eadem materia anonymi libellus extat: *Feraid alaſchneja.*

*Luminare exſplendeſcens*, arabice *Anuar al bahia*, quo nomine commentarium ſuum in Aſchnani librum de Succeſſionibus inſignivit MVHAMEDES, filius Muhamedis Alſchabi.

*Lux clara*, arabice *Chezanat alſekhi*, liber, in quo idem MVHAMEDES SCHABIVS de ſucceſſionibus ſeparatim egit.

*Magia licita*, arabice *Sihr alhalal fi garaib almelcal*, quo titulo librum, qui juris artem doceat, nunquam quaeſiiſſem. Sed Herbelotum ſequor, qui juridicum eſſe atteſtatur.

*de Matrimonio*, arabice *Vaſcha*, INCERTI AVCTORIS. De connubiorum jure praeterea binis operibus commentatus eſt *Sojuthius*, quorum unum *Dhu alſchemaat fi ohud algiomaat*, alterum vero *Dualſaba fi olfat alneca* inſcripſit. Obiter annoto, eſſe quoddam conjugii apud Arabes permiſſi genus, quod illi *Medaah*, Europaei autem matrimonium, *A la carta*, vocant, cum ad breve tempus, ſcriptura interveniente, mas & foemina junguntur.

*Mehemat*, titulus libri ab *Aſnavio* ſcripti, qui inter juridicos referri ſolet. BALCHINVS commentarium in illum ſcripſit ſub titulo: *Mehemat al Mehemat*.

*Methodus judicialis*, arabice *Adab al Cadha*, in qua judices inſtruuntur lites ſcite & juſte dirimere ſcripta a SCHARAFEO ALGACIO. Hanc methodum illuſtravit ZACHARIAS ALANSARI, ſub titulo *Emad al redha fiadab al cadha*, ſimulque formulas ſententiarum & decretorum varias foro uſitatas inſeruit. Sed, ut apud nos notarum inter-

dum proveniunt notulae, ita hic comentarius commentatorem nactus eſt MANAVIUM, qui in Zachariam ſcripſit, hoc, ni fallor, opere: *Fath al rauf al cader.* Caeterum videantur, quae mox ſub titulo *Officium,* dicemus.

*Notitia Imperii Ottomannici,* arabice *Canum nahmeh al Othmaniat,* in qua dignitates & officia omnium magiſtratuum,deinde etiam rationes exhibentur redituum atque expenſarum. Scripta eſt Turcica lingua per MVEDDINVM ZADEHVM. Alterum hujus operis volumen poenas adulterii, homicidii, injuriarum aliorumque criminum exponit. Continet & alias politiae ordinationes & leges, quas Judaei & Chriſtiani in imperio viventes obſervare tenentur.

*Officium Judicis,* arabice *Adab al cadhi,* quod regulas tradit, quas in judicando praeſides obſervare debent, ſecundum doctrinam Schafei ſcriptum ab ABV ISACO, filio Abuldis, qui interdum etiam Abuldes filius Abdallae vocatur. Scripſerunt de judicis officio alii praeterea doctiſſimi homines, ut ABVBECER ALHADATVS, deinde celeberrimus ille judex judicum FACREDINVS HASSANVS, et ABVBECER ACHMEDES filius Caſſafi, RADHIEDINVS cognomine Ezzi, ABV MVHAMEDES HASSANVS filius Achmedis, cognomine Haddanus,

damus, qui interdum etiam Rotail dicitur, OMAR filius Abdelacici cognomine Huſſamus Schehides; JACOBUS filius Abrahami, qui commentatorem nactus MUHAMEDEM filium Samaae & SCHAMSEDINUM MUHAMEDEM cognomine Soraxi; ABDALACIZUS filius Achmedis, qui in librum JACOBI filii ABRAHAMI de eadem materia commentatus eſt; ABUMALA MAHALLUS filius Gemi, & RAFFEUS. Adde his, quae ſupra in verbo *Methodus judicialis* retulimus.

*Officium Scribae*, arabice *Adab al cadeb* auctore ABDALLA MOSALLAMO, qui anno Chriſti 893. obiit. Arabes hoc opus per jocum *Praefationem* vocant *ſine libro*, propterea quod exordium ipſo libro longe eſt copioſius & capiti immaniter craſſo ſimile, quod exiguo quaſi corpori impoſuit.

*de Patria poteſtate*, opus ABU LAITHI, Samarcandii, de quo libello videantur *Fraenkiſche Acta Erudita Tomo ſecundo, Parte XX. pag.* 707.

*de Permutatione & mercatura* ſcripſit jureconſultus GIEDAMIUS.

*de Piis cauſis*, arabice *Acam al ovac fi*, auctore HASSAVIO ACHMEDE, filio Ambrovi.

*de Poenis & Emendis*, arabice *Schamel fil bahr alkiamel* auctore SEIDO ABULFAD-

LE MVHAMEDE, filio Achmedis Aldabbi.

*de Politia*, arabice *Siaſſat almedinat*, opus ABVLNASTI ALFARAMI.

*Praecepta Affirmativa & Negativa Sunae*, auctore ABVBECRO, filio Abulis.

*Praecepta de Succeſſionibus, quae veniunt a linea materna*, arabice *Fuſſul al mehemat fi matefat al omat*, auctore ABVLABBA ACHMEDE, filio Haimi, poeta excellente. In hujus librum commentatus eſt SCHAMSEDINVS MVHAMEDES, nec non MARDINVS.

*Principia jurisprudentiae*, arabice *Dhekirat fi oſſul alfec*, auctore BEN ALBORHANI Hieroſolymitano.

*Querela Orphanorum*, arabice *Bahat jetimar*, in quo libro de Divortiis egit VALA, filius Zamalcani.

*Regulae juris*, arabice *Moctaſſar al moharrar*, opus RAFEI, quod epitomatus eſt MOHIEDINVS NAVAVIVS.

*Regulae & ars regnandi ſecundum leges*, arabice *Siaſſat alſcheria fi esla alrai u alaria*, liber politicus ACHMEDIS TIMIAE, filii Ali.

*Regulae quae in redimendis captivis, iisque permutandis obſervandae*, arabice *Acam fi*

*fi tamauz al fadva*, auctore ACHMEDE filio Edris, cognomine CACAFI.

*Regulae & Practica judiciorum in Aegypto*, arabice *Caovanim al davanim*, quae in bibliotheca Pariſienſi aſſervantur.

*Sententiae* ſive *Judicata, ad quorum normam Cadi* ſive *judex quisque inter Muhamedanos pronuntiare debet*, auctore ACHMEDE SCHAHABODDINO filio Edris; qui Codex in Quarto ſcriptus commemoratur in Hinkelmanni Bibliotheca Manuſcripta Orientali, edita a Starkio, Hamburgi 1695.

*Sententiae & Deciſiones juris*, arabice *Boghiat al kenia fil fatavi*, auctore MVHAMEDE, cognomine CANAVI.

*Sententiae, obligationes, actiones, judicia & teſtimonia*, arabice *Keladat alſegelat u alecut* &c. auctore ABV AMBRAMO MVSSA, filio Iſſae Almalecci.

*De Succeſſionum jure*, arabice *Actar altaid ala fetavi*, auctore ABV ISACO ABRAHAMO SVSSIO, filio Omaris.

*De Succeſſionibus*, arabice *Ragia*, quae pars eſt poëmatis: *Argiugia fil faraid*, a SEBO ALMARTINO ſcripti.

*De Succeſſionibus*, ſub titulo *Feraid* etiam ASCHNAVS ſcripſit, ex Schafeorum ſecta.

*De Succeſſionibus*, ſub titulo *Cavi fil mavareth* tractatum elaboravit ISACUS ZERCALI, filius Joſephi Almaredi.

*De Succeſſionibus quae per matrem veniunt*, arabice *Feraid alſeragia*, auctore SERAGEDINO MUHAMEDE, qui interdum etiam SEGIAVENDUS appellatur.

*Summa judicis*, arabice *Bedhaat al cadhi*, quam edidit PIR MUHAMEDES filius Muſſae, qui nomine GULGEDISSI interdum venit.

*Supplementa deciſionum juridicarum*, arabice *Tetemmat al fetavi*, fecit SOGRIUS. Ejusdem plane tituli opus, etiam BORHANNEDINUS MUHAMEDES, filius Muhamedis, edidit.

*de Templorum jure*, arabice *Eelam alſaged fi acam almeſaged*, auctore BADDREDINO ZERKESHO.

*de bonis quae Templis aut per teſtamentum aut per donationem inter vivos traduntur*, arabice *Eſſaaf fi acam alaucaf*, auctore BORHANNEDINO THARABOLOSSO.

*de Teſtibus eorumque depoſitione*, arabice *Adab al ſchoud*, cujus auctor ABU SERAGIA.

*Theſaurus jurisprudentiae*, arabice *Chezanat al fekhi*, auctore ABU LAITHO, natione Samarcandio, Henduani diſcipulo, qui ſecundum Abu Hannifae doctrinam jura expoſuit

poſuit. Elogiis autem hunc Samarcandium prope divinis exornant atque eum jura omnium animalium, hominum & daemonum noviſſe perhibent. Excerpta quaedam hujus Theſauri ſub titulo: *Juris circa Chriſtianos Muhamedici particula,* publicavit JOHANNES HENRICVS CALLENBERG, Halae anno 1729. in Quarto, quae diſputatio trium plagularum ab eo eſt in cathedra defenſa. Codex ille ABV LAITHI in bibliotheca orphanotrophei Halenſis ſervatur, ex quo nunc paucula adducamus. Docet inter alia: *Non licitam eſſe ſocietatem communis negotiationis inter Muhamedanum & infidelem; ſanctiſſime ſervanda eſſe pacta, ſi arx obſideatur atque illa certa lege ſe dedere velit. Si non dedat, ſed vi expugnetur, tamen, quando ad caedem pervenitur, parcendum eſſe foeminis, infantibus, mente captis, ſenibus, claudis, coecis. Non admittendum eſſe ulla in lite teſtimonium Judaei aut Chriſtiani contra Muſelmanum. Si Chriſtianus Muhamedanum religionis cultum amplectatur, cogi tamen poſſe, ut alat parentes, nepotes, uxorem, etiamſi Chriſtiani fuerint. Expoſitum infantem a Chriſtiano ſublatum hujus nomen aſſumere, religionem vero a loco, ubi expoſitus fuerit, Muhamedanam ſi in agro Muſelmani, Chriſtianam ſi in templo aut aedibus chriſtianis. Qui ſervum, etiam peregrinae religioni deditum interimat, capite puniendum eſſe. Infamis hominis teſtimonium,*

 *ne*

*ne quidem contra Chriſtianum ullo modo valere. A tributo quod Chriſtiani vel Judaei ſingulis annis ſolvunt, immunes tamen eſſe, qui nihil poſſint lucrari, ut infantes, foeminas, mente captos, coecos, ſenes, ſervos, monachos; permiſſum eſſe Muhamedano Chriſtianam virginem ducere in uxorem, & tunc etiam inter ſolemnia ſponſalium teſtes chriſtianos adhiberi poſſe. Praeſcribit etiam jurisjurandi formulam his verbis: Jurent Chriſtiani per Deum, qui demiſit evangelium ad Jeſum, ſuper quo pax ſit! Si quis a Muhamedica religione deſciverit, matrimonium ſtatim ejus diſſolvi, ſervorum manumiſſiones, quas fecit, imo omnes eius contractus irritos fieri ſtatuit. Haberi enim mortuum & ejus bona ſtatim inter heredes diſtribui. Si teſtamentum fecerit illud infirmari; contra autem, ſi Judaeus ſive Chriſtianus Corano ſubſcribant, ſi ſervi fuerint, illico ad libertatem adſpirare. Deſertorem religionis Muhamedicae, ſi revertatur ad priſtina ſacra, jure poſtlimini in bona, quantum ex iis apud heredes ſupereſt, reſtitui.*

*Theſaurus jurisprudentiae*, arabice *Dhecair alhocm*, auctore ALI, filio Zaidis Albaihecci.

*Theſaurus jurisprudentiae Haneſianae*, arabice *Kenz aldaic fil foru al Hanefia* in quo praecepta Abu Hannifae confirmat rationibus ABVL BARACATVS ATHALLA, filius Achmedis, cognomine ALHASAFVS.

The-

*Theſaurus juriſprudentiae Schafejanae*, arabice *Dhekirat fil foru al Schafeja*, auctore ABV ALI HOASSINO, filio Abdallae, Bagdadienſe.

*Tractatus de regimine reipubicae*, arabice *Muid al naam u mubid alnacam*, ſcriptus a SOBECO.

*Tractatus de Succeſſionibus*, arabice *Sehaif fil feraid*, ſcriptus ab ABRAHAMO TZANSCHIO ZAHEDVMO.

*Vathaic*, titulus libri de contractibus, obligationibus, cautionibus, fidejuſſionibus, venditionibus & donationibus, tam inter vivos, quam mortis cauſa, tractantis. Duo hoc titulo diverſorum auctorum opera proſtant, quorum unum ISMAEL filius Jahiae Almoceni. alterum ABV JECIDVS ALSCHORVTHVS, ſcripſit.

Praeterea inter libros juris refertur *Aſi men ſchoru*, ab ACHSICERIO compoſitus, in quem commentatus eſt SAGNACCIVS; porro *Menhage alvoſſul ela elm alloſſul*, liber juris, ſcriptus a BEIDHAVIO, qui Scholiaſten nactus SCHAMSEDINVM ESFAHANVM; deinde *Mogni fil aſſul alfekeh*, cujus auctorem ignoro; & *Gajat alacam* auctore MOHIBEDINO; nec non *Navazel fil fekeh* opus SAMARCANDII; denique *Tanbi fil fek*, quem titulum libro ſuo dedit ABV ISACVS, filius Ali Alſchiraci;

raci; Adde librum *Eſta al va cajet*, KEMALIS PASCHAE, in quem commentarium ſcripſit MEVLA BALI; porro *Scheic al Oſſuli* opus ABVL HASSANI FADLIS, in quod commentarium, *Eſchara* dictum, emiſit ABVLVALIDES ALBAGI; & *Maſul*, quo titulo liber ABV ABDALLAE MVHAMEDIS ſupereſt.

Neſcio vero, anne liceat Arabicae juris bibliothecae etiam annumerare Rabbinorum ſcripta, quae aut arabice exarata, aut ex hebraica in hanc linguam translata ſunt? Ecce vero arabice extat JOSEPHI CARKESCI, Judaei ex Caraeorum ſecta, *de materia Inceſtus* liber, & SAADIA GAHON quaedam de Hebraeorum jure arabice ſcripſit, quemadmodum ejusdem GAHONIS *de emtione & venditione* opus in hanc linguam convertit ISACVS filius Rubeni. Item JACOBI, Caraei, *de Gradibus conjugii prohibitis* liber, in quo Joſuae ejusdem tituli tractatum refellit, & MOSIS MAIMONIDIS *Manus fortis* arabice in bibliothecis variis invenitur, ne quid de caeteris dicam.

Jam promiſcua Arabum, qui jurisprudentiae ſummam laudem aſſecuti, neque tamen in ſuperioribus commemorati ſunt, nomina proferamus. Inter hos eminet HEGIAGE, Arabiae Papinianus, qui eminenter Jureconſultus nempe *Al faki* nominatus eſt, a quo ad SOLIMANVM filium Maherami me converto, qui licet philoſophiae, non jurisprudentiae, ſtudio claruerit, tamen, quia eleganti apophtegmate philoſophiam

phiam quodammodo juris doctrinae ancillari profeſſus eſt, memoria dignus videtur. Cum enim hic philoſophus jureconſultum interrogaſſet, unde deſumeret rationes juris, quibus in decidendis controverſiis uteretur? atque ille reſpondiſſet, ſe illas haurire ex ſapientiſſimis praeceptis, quae philoſophi excogitarent & traderent: *Ergo*, inquit SOLIMANVS, *vos juriſconſulti eſtis morum corruptorum quaſi medici, nos autem ſumus veſtri quaſi apothecarii.* Praeterea Hottinger in Bibliotheca Orientali jureconſultos inprimis laudat BEHAKAEVM Saladini amicum & miniſtrum; MVHAMEDEM filium Haſſanis, cognomine Schaibanum, qui compoſuit *Giame ſaghir* ,& alium librum *Tajaſſir aloſſul* item *Eregiag ala malec;* porro TIBRANEVM HASENVM Bagdadenſem; ABV SCHOBORMAM ABDALLAM, filium Thofailis; HACANAEVM; CATABVM; HAKEMVM; BAZARAEVM; EBN GAVZAEVM, EBN DAKICVM, Idaeum; PHATECHADINVM Andaluſium; OMAREM AL RAZVM filium Chatibi, polyhiſtorem; MVSLIMVM Cordubenſem; EBN CELACHVM, EBN HAGERVM Cananaeum; AZODINVM filium Abdoſſalami; ZEDRODINVM Gecciraeum & KEMALEM PASCHAM, qui Solimano Imperatori librum juris *Edha* dictum dedicavit, imo praeter hunc etiam *Adab* & alium *Esla fil foru* edidit. Horum tamen doctiſſimorum virorum & ſumma laude illuſtrium pleri-

plerique, neque enim hoc diſſimulandum eſt, ſacris rebus civilia jura fere ubique miſcuerunt, cum apud eos, vinculo fere indiſſolubili, doctrina legum religionis cultui nexa ſit. Sed quia hoc a nobis jam aliquoties dictum eſt, his aliisque praetermiſſis, illud potius commemorabimus, inter Arabicos jureconſultos, ut inter noſtros, quondam ſtultiſſimos homines fuiſſe, qui crimen putarent, Deum alio cultu, quam inter eos, receptus eſt, venerari; adeoque improba ſuperſtitione Judaeorum ſcholas & Chriſtianorum templa in toto Imperio Ottomannico ſubvertenda eſſe, ſuaderent. Sed huic furori plerique Turcarum theologi & juris periti ſeſe fortiter oppoſuerunt & ſentiendi libertatem cuique relinquendam eſſe, ſapientiſſime judicarunt. Tandem poſt multas diſſenſiones horum prudentia illorum impiam & ſceleratam opinionem vicit. Jam vero nullus mihi dicat barbaros eſſe Muhamedanos & inhumanos! Scripta eorum varia, quae pro peregrina religione & contra illam publicata ſunt, cum HERBELOTVS recenſeat, commemorare ſuperfluum.

Habemus etiam Arabiae Zaleucum, aut ſi mavis, Charundam Thurium quendam, ſcilicet GIOHAREMVM GEDALIVM, qui poſtquam Molathemienſium ſive Marobudorum rempublicam optimis & ſaluberrimis legibus ordinaſſet, oblatum principatum renuit privatamque vitam praetulit regno. Is cum legem violaſſet

a ſe

à ſe perlatam, ad mortem condemnatus a judice, quem ipſe dederat, prona voluntate & patienter debitam ſuae legi poenam reddidit, his circiter verbis in ultimo momento prolatis: *Morior lubens, ardeo enim ſcire, quaenam ſint in coelo judicia, & quid apud Deum agatur?*

Nihil, his ita expoſitis, ſupereſt, niſi ut fontes, ex quibus hanc notitiam librorum Arabicorum hauſerim, ingenue oſtendam. ASSEMANNI quidem, quae locupletiſſima Romae anno 1719 publicari coepit *Bibliothecam Orientalem Clementino Vaticanam* videre non contigit, at tanto plura HERBELOTI *Bibliotheca Orientalis*, gallice ſcripta atque Pariſiis in folio edita, mihi praebuit. Attamen praeter hanc ex aliis librorum indicibus nos varia collegiſſe, facile deprehendet, qui hanc ſcriptiunculam cum illo opere conferre voluerit; quod Herbeloti opus aureum dicerem, niſi auctorem innumeros errores commiſiſſe, ipſe ego in perlegendo cognoviſſem. Sunt enim quidam adeo manifeſti, ut manibus deprehendantur. Id ſi HERBELOTO accidit, facile praeſentio, quid homini litterarum Orientalium penitus ignaro evenire potuerit, qui pleraque alienis oculis credidit. Utcunque ſe res habeat, ſpero tamen gratiam me apud doctos habiturum eſſe, quod quantum potui & licuit, Lipenianae Bibliothecae lacunam explere conatus ſum, quae, cum univerſalis ſit, juris Orientalis titulis carere non debuiſſet. Neque inter caeteros hiſtoriae juris

ſcri-

ſcriptores quispiam de hac re hucusque cogitavit, quam ob rem nullo modo vereor, ne Rabbinica noſtra & Saracenica juris bibliotheca, ſi non ob alias cauſas, tamen propter novitatem litteraturae ſtudioſis aliquantulum placere poſſit. Locus eſt in Ravii Panegyrica ſecunda orientalibus linguis dicta, quo eos lepide traducit, quibus non videantur orientales populi in juris arte ſapere, propterea, quod Gratiani Decreta & Juſtiniani praecepta haud imbiberint: *Quaſi vero*, inquit, *nulla juſtitia ſit, quae non harum legum nominibus veniat? quaſi juris conſulti eſſe nequeant, niſi in noſtris Academiis corpori juris incubuerint, niſi male digeſta illa Digeſta ad amuſſim ſtuduerint? Juris regulae ubique reperiuntur.* Quae porro in hac Ravii oratione ſequuntur, non adſcribo, cum errorem jam dudum profligatum, cui Leunclavius fomenta dederat, nempe Juſtiniani libris in Arabicam linguam translatis Muhamedanos adhuc hodie uti, contineant. Vos autem, quibus Europaei doctrina & honore caeteris gentibus praeſtare videntur, diſcite quaeſo ex his, quae propoſuimus, gloriae & nominis noſtri anguſtiam. Putatisne enim, eſſe inter Arabes, qui CVIATII, BARTOLI, ACCVRSII, nedum minus celebrium nomina jurisconſultorum, unquam audiverint? Nos vero illorum ſcimus. Nonne igitur habent barbari latrociniis victum quaerentes & tugu-

tuguriis abditi, quo ſe prae noſtris lapideas domos inhabitantibus jactantius poſſint efferre? Nam ut illi noſtrorum ſumma etiam ingenia adſpernantur & ignorant, ita nos e contrario minimos illorum jureconſultos, inprimis vero medicos, aſtronomos atque philoſophos in bibliothecis ſancte & reverenter ſervamus, linguam diſcimus, nomina memoriae mandamus atque variam feliciſſimae gentis laudamus & admiramur doctrinam. Igitur aut haec vera non ſunt, aut Europæ gloria Aſiaticae cedit, quae intra ſuos fines non perſtitit, ſed altiſſimo ſuper omnes populos volatu, poſt Conſtantinopolitanos atque Hiſpanicos triumphos, in noſtrum etiam orbem divagata eſt.

INDEX

# INDEX AVCTORVM.

Cum Arabes in hoc Indice Hebraeis mixti ſint, ut tamen aliqua nota ſecernantur, illos, nempe *Arabes*, & qui ex noſtris ad hanc claſſem quodammodo pertinent auctores, aſteriſco notavimus.


A.

Aaron, vid Aron

*Abdalacizus, filius Achmedis

*Commentarius in librum Jacobi filii Abraham de Officio Judicis* 51

*Abdalla Moſallamus

*Officium Scribae* 51

*Abdalrahinus Alfendius

*Formularium* 44

Abrahamus Aben David Levi junior

*Deciſiones* 9

Abrahamus Borgilius

*Panis robuſtorum* 23

Abrahamus, filius Dioris, Levita

*Viri animati* 32

Abrahamus, filius Maimonidis,

*Quaeſita & Reſponſa* 28

Abrahamus Montepeſſulanus

*Liber Botri* 15

*Abrahamus Tzanſchius Zahedumus

*Tractatus de Succeſſionibus* 57


Ara-

Abrahamus Zaalon, filius Iſaci 33
*Abu Abdalla Muhamedes
*Suna* 39
*Maſul* 58
*Abu Ali Hoaſſinus
*Theſaurus Jurisprudentiae Schafejanae* 57
*Abu Ambramus Muſſa
*Sententiae, Obligationes, Actiones, &c.* 53
*Abu Hannifa 41
*Abu Haſſanus, cognomine Mavardi
*Conſilium regi datum* 42
*Jura regia* 47
*Abu Jecidus Alſchorthus
*De Contractibus, &c.* 57
*Abu Iſacus Abrahamus Suſſius
*Catalogus Jureconſultorum* 41
*De Succeſſionum Jure* 53
*Abu Iſacus, filius Abuldis,
*Officium Judicis* 50
*Abu Iſacus, filius Ali Alſchiraci,
*Tanbi fil fek* 57
*Abu Laithus Samarcandius
*Caſus ſingulares* 40
*De patria Poteſtate* 51
*Theſaurus Jurisprudentiae* 54
*Abu Muhamedes, filius Perri,
*Errores Jureconſultorum* 44
*Abu Muhamedes Haſſanus, filius Achmedis, Haddanus, interdum Rotail dictus
*De Judicis Officio* 50
*Abu Schoborma Abdalla, filius Thofailis, 59
*Abu Sudus Ali Emadius
*Fons Judicis* 44
*Abubecer Achmedes, filius Caſſafi,
*De Judicis Officio* 50
*Abubecer Alhadatus
*De Judicis Officio* 50

*Abubecer, filius Abulis,
*Praecepta affirmativa & negativa Sunae* 52
*Abubecer Muhamedes, filius Abdallae,
*Leges quae in Alcorano continentur* 47
*Abubecer Muhamedes, filius Iſſae Alacmi,
*Conſilium principi datum ad rempublicam bene gerendam* 42
*Abubecer Zobeidus, filius Haſſani,
*Hiſtoria clarorum Legis Doctorum* 45
*Abul Abas Achmedes
*Hiſtoria Judicum* 46
*Abul Abbas Saganus Nathai
*Deciſiones Juris* 44
*Abul Baracatus Athalla Alhaſaſus
*Theſaurus Jurisprudentiae Haneſianae* 56
*Abul Haſſanus Fadles
*Deciſiones Antinomiarum* 43
*Scheic al Oſſuli* 58
*Abulabbas Achmedes, filius Haimi,
*Praecepta de Succesſionibus, quae veniunt a linea materna* 53
*Abuldes, filius Abdallae 50
*Abuldonias
*Liber de Depoſito* 47
*Abuleith, vid. Abu Laithus
*Abulfadles Haſſanus, vid. Abul Haſſanus
*Abulhaſenus
*Inſtitutiones Juris* 46
*Abulnaſtus Alſaramus
*De Politia* 52
*Abulvalides Albagi
*Eſchara* 58
*Abumala Mahallus, filius Gemi,
*De Judicis Officio* 51
*Achmedes, filius Edris, cognomine Cacafi
*Regulae quae in redimendis captivis iisque permutandis obſervandae* 53



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0070
DFG

*Achmedes Schahaboddinus, filius Edris,
*Sententiae ſive Judicata* 53
*Achmedes Timias, filius Ali,
*Regulae & Ars regnandi ſecundum Leges* 52
*Achſicerius
*Aſi men ſchoru* 57
*Adiba Almoaferi
*Fundamentum & Principia Juriſprudentiae* 45
*Ajubus Selimus
*Inſtitutiones Juris* 46
*Alfaki, vid. Davides
*Alhaſaſus, vid. Abul Baraeatus
*Ali, filius Alcatebi,
*Taric Ebn al Sagi* 45
*Ali, filius Muhamedis, cognomine Giamali
*De Legatis* 47
*Ali, filius Zaidis Albaihecci
*Theſaurus Juriſprudentiae* 56
Almoni Peloni 14. 15
*Alvalades Alazus Obeidalla
*Liber Legum* 48
Anonymi
**Almudavana, ſive Corpus Juris* 42
*Caovanim al davanim* 53
*Ceſſare faciens bella* 6
**Commentarius in librum quintum Corporis juris Saracenorum* 42
*Dextera Moſis* 10
*Formularium inſtrumentorum* 12
**Jaſſa* 46
**Illuſtrationes circa materiam de Depoſito* 46
*Inſtructio ſcribarum* 13
*Judicia circa mutuum* 13
*Judicia Tanaim* 13
*Jura Regis* 14
**Jus civile Saracenorum* 47
**Leges Gingizcanae* 47

*Liber de Cauſis* 15
*Liber formularum* 15
*Liber judiciorum* 16
* *Magia licita* 49
*Magnificentia Mardochai* 20
*Magnificentia Oblationis* 20
* *de Matrimonio* 49
*Mordochi* 22
* *Mudavana* 42
*Omnia in eo* 32
* *Regulae & Practica Judiciorum in Aegypto* 53
*Seminate ad juſtitiam* 30
*Statuta Synagogae Amſtelod.* 31
* *Suna* 5. 39
*Ticcun Schetaroth* 32
*Anucejus 39
Aron, filius Joſephi Saſonis,
*Deciſiones* 10. 14
* Aſchnaus
*De Succesſionibus* 53
*Asfur
*Liber de adquirenda Poſſesſione* 48
*Aſnavius
*Mehemat* 49
* Aſſemannus
*Bibliotheca Orientalis* 61
*Ater-Mindy 39
Azarias, filius Ephraimi 18
*Azodinus, filius Abdoſſalami 59

B

*Baddredinus Zerkeſhus
*De Templorum Jure* 54
*Balchinus
*Mehemat al Mehemat* 49
Bartoloccius (Jul.)
*Bibliotheca Rabbinica* 5
*Bazaraeus 59

*Behakaeus 59
*Beidhavius
*Menbage alvôſſul ela elm alloſſul* 57
*Ben Alborhani Hieroſolymitanus
*Principia Jurisprudentiae* 52
Benjamin, filius Joſephi,
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Benjamin Italus
*Liber Dilectionis* 17
Bezalel Aſchenazi
*Quaeſita & Reſponſa* 28
*Bocharius, vid. Abu Abdalla
Bodinus (Joh.) 35
*Boharius 39
*Borhanedinus Ali Marginani
*Introductio in Jus civile* 46
*Borhannedinus Muhamedes
*Supplementa Deciſionum juridicarum* 54
*Ecthiar al Mocthar* 42
*Borhannedinus Tharaboloſſus
*De Bonis quae Templis aut per teſtamentum, aut per donationem inter vivos traduntur* 54
*Buhorayra 39

C

*Cacafi, vid. Achmedes, filius Edris
*Callenberg (Joh. Henr.)
*Juris circa Chriſtianos Muhamedici Particula* 55
Caron, vid. Joſephus
Catabus 59
Chajimus Abu Zahi
*Quaeſita & Reſponſa* 28
*Semita Juſtitiae* 30
Chaimus Benbenaſta, filius Iſraelis,
*Liber Synagogae magnae* 18
Chanael Africanus
*Liber Deſiderii* 17

D

Danielis Levi
*Triumpho del Govierno popular* 32
Daſſovius (Theodoricus)
*De Jure Finium in Pandectis Talmudicis* 34
*Davides Alesfahanus 41
*Davides Alfaki
*De Damni Reſtitutione* 42
Davides de Corfu
*Deciſiones* 10
Davides, filius Jacobi,
*Liber Turris Davidis* 18
Davides Niedus
*Noticias reconditas y poſthumas, &c.* 23
Davides, prognatus a Gedalia
*Liber de Rebus judicialibus* 15
Deudus 39

E

*Ebn Almandi
*Hiſtoria Judicum* 46
*Ebn Almojaſſaris
*Hiſtoria Judicum* 46
*Ebn Almolacceni
*Hiſtoria Judicum* 46
*Ebn Celachus 59
*Ebn Dakicus 59
*Ebn Gauzaeus 59
*Ebn Hageb
*Deciſiones Juris* 43
*Ebn Hagerus 59
*Ebn Hagiaris
*Hiſtoria Judicum* 46
*Ebn Schobhae
*Hiſtoria Jureconſultorum* 45
Elias Carcaſon
*Liber Collectaneorum de Rebus judicialibus* 15
Elias Miſrachus

Quae-

*Quaeſita & Reſponſa* 28
Elieſar Davides Meatton
*Liber Urbis Davidis* 19
Elieſar, filius Nathanis,
*Lapis Adjutorii* 14
Elieſer, filius Jacobi,
*Pater meus collegit* 23
*Emadius, vid. Abu Sudus Ali
Ephraimus Liglinus Pragenſis
*Quaeſita & Reſponſa* 28
F
*Facredinus Haſſanus
*De Officio Judicis* 50
*Fadlemus Abdalacizus
*Hiſtoria Judicis Borhaneddini* 45
G
Gahon, vid. Haai
Gaon, vid. Saadia
*Gemaleddinus Abdalla, filius Mahmudis,
*Collectio Deciſionum Juris* 41
Gerſon Germanus
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Gerſon Hazakenius
*Conſtitutiones* 7
*Giamali, vid. Ali, filius Muhamedis
*Giarvanus
*Liber de Pactis, Contractibus & Actibus* 48
*Giedamus
*De Permutatione & Mercatura* 51
*Gioharemus Gedalius 60
Grotius (Hugo) 35
*Gulgediſſi, vid. Pir Muhamedes
H
Haai Gaon
*De Emtione & Venditione* 13. 17
*Liber de Judiciis Jurisjurandi* 15
*Liber Pignoris* 18

*Hacanaeus 59
*Haddanus, vid. Abu Muhamedes Haſſanus
*Hakemus 59
*Hanbal 41
*Haſſanus, vide Abu Mahumedes
*Haſſavius Achmedes, filius Ambrovi,
*De piis Cauſis* 51
*Hegiage al faki 58
*Herbelotus
*Bibliotheca Orientalis* 61
*Hinkelmannus
*Bibliotheca Manuſcripta Orientalis* 53
Hottinger (Joh. Henr.)
*Bibliotheca Orientalis* 5
*Catechiſmi Levi Barcelonitae Epitome* 6
*Juris Hebraeorum Leges* 35

I

Jacobus Caraeus
*De Gradibus conjugii prohibitis* 58
*Jacobus, filius Abrahami,
*De Officio Iudicis* 51
Jacobus, filius Aſcheris,
*Pectorale Iudicii* 24
Jacobus, filius Iſaci Halavae,
*Liber legalis* 17
Jacobus, filius Judae,
*Liber Viſionis* 19
Jacobus, filius Rubeni,
*Viginti Capita de Iurejurando* 32
Jacobus, filius Samuelis Adarbi,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Jacobus Polaecius
*Reſponſum ſuper Uxore* 30
Jacobus Veil
*Quaeſtiones* 28
*Jahia, filius Saifi, Seiramus
*Commentarius in Clavem Iurisprudentiae* 41

Jedidja Rhodus
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Jehuda Abarbanel
*Omnis rei Deſiderium* 23
Jehuda, filius Aſcheris,
*Statutum Legis* 31
Jehuda, filius Elieſaris
*Porta Judae* 24
Jehuda Jonas Galilaeus
*Deciſio in Cauſa Hereditatis* 7
Jehuda Leo, filius Bezalelis,
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Jehuda Lerma
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Jehuda Mentzius
*Quaeſita & Reſponſa* 28
Jeſaias, filius Eliae,
*Deciſiones* 10
Jeſaias Levita
*Domus Levi* 11
Imbonatus (Car. Joſeph.)
*Bibliotheca Latino-Rabbinica* 5
Johannes Baptiſta Jonas, vid. Jehuda Jonas
Jom Tovius, filius Abrahami,
*Statuta Iudicum* 31
Jom Tovius Aſchbilus
*Statuta Iudicum* 31
Joſephus Caro Hiſpanus
*Domus Ioſephi* 10
*Fiſſura Domus* 11
*Menſa inſtructa* 22
*Commentarius in Pectorale Iudicii* 24
*Quaeſita & Reſponſa* 29
* Joſephus Carkeſchius
*De Materia Inceſtus* 58
Joſephus Colon
*Quaeſita & Reſponſa* 29

Joſephus Corcoſo 33
Joſephus, filius Mardochai Gerſonis
*Reliquiae Ioſephi* 28
Joſephus Harroaeus 33
Joſephus Samiga
*Fructeſcens Ioſephus* 12
Joſephus Teitzaccus
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Joſephus Tov Alem, filius Samuelis,
*Filius Principis* 12
Joſua, filius Jehudae,
*De Inceſtibus* 8. 33
Joſua, filius Iſraelis Benbanaſtis,
*De Ratione Libelli Repudii* 9
Joſua Pelecci, filius Alexandri,
*Domus Levi* 11
Iſacus Adarbi
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Iſacus Barcellonius
*Praemonitiones* 25
Iſacus Biterbus
*Liber de Duello* 15
* Iſacus, filius Ioſephi Altercali,
*Kafi fi Mavareth* 47. 48
Iſacus, filius Ioſuae,
*Holocauſtum Iſaci* 13
Iſacus, filius Rubeni 18. 58
Iſacus, filius Scieſciati,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Iſacus Mardochai
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Iſacus Maſſilienſis
*Liber Coronationis* 15
Iſacus Moguntinus
*Deciſiones* 10
Iſacus Viennenſis, filius Moſis,
*Lux ſata* 19

Iſa-

*Iſacus Zercali, filius Joſephi Almaredi,
*De Succeſſionibus* 54
Iſrael Aſchenazi
*Deciſiones* 10
Iſrael de Rovigo
*Deciſiones* 10
K
*Kemales Paſcha
*Eſta al va cajet* 58
*Edba* 59
*Adab* 59
*Esla fil foru* 59
L
Levi Barcelonita
*Catechiſmus* 6
Lilienthal (Theod. Chriſtoph.)
*De νομικοῖς juris utriusque apud Hebraeos Docto-ribus privatis* 35
M
*Magdius
*Leges & modus Familiae herciſcundae* 47
*Epitome libri de Succeſſione in bona materna* 48
*Mahumedes, filius Abdalmalecis Alhamadami,
*Catalogus Jureconſultorum* 41
Maimonides, vid. Moſes
*Malec 41
*Manavius
*Fath al rauf al cader* 50
*Mardinus 52
*Marginani, vid. Borhaneddinus Ali
Marius
*Deciſiones* 10
*Mavardi, vid. Abu Haſſanus
Meier Chattan Hammelech
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Meirus, filius Baruchi,
*Concluſiones maritales* 6

Mei-

Meirus, filius Schem Tovii,
*Iudicium Iuſtitiae* 14
Menachemus, filius Salomonis,
*Liber Electionis* 17
Menachemus Merſeburgenſis
*Notae in Quaeſtiones Iacobi Veil* 28
Menachemus Raccanatus
*Liber Iudiciorum* 16
*Rationes Praeceptorum* 25
* Meula Bali 58
Michael de Barrios, vid. Daniel Levi
Minzius
*Sententiae judiciales* 30
*Mohibedinus 4
*Gajat alakam* 57
* Mohiedinus Navavius
*Epitome libri Iuris* 48
*Epitome Regularum Iuris* 52
Mordechaus de Provenza
*Domus Portarum* 11
Mordechaus Rotenbergenſis, filius Moſis,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Moſes
*Leviticus* 5
*Deuteronomicus* 5
Moſes Aleſcar
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Moſes Almoſninus
*Correctio Scribarum* 7
Moſes, filius Eliae,
*Liber de prohibitis Gradibus* 17
Moſes, filius Joſephi,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Moſes, filius Nachmanni,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
*Miniſterium Leviticum* 22
Moſes Galantes, filius Mardochai,

*Deciſiones* 10. 29
Moſes Iſarles
*Mappa ſuper Menſam* 22
Moſes Maimonides
*Manus fortis* 20. 58
*Quaeſita & Reſponſa* 29
*Muafikedinus Abdalla, filius Achmedis,
*Deciſiones Iuris* 43
*Mueddinus Zadehus
*Notitia Imperii Ottomannici* 50
*Muhamedes Alcanarius
*Formularium* 44
*Muhamedes Canavi
*Sententiae & Deciſiones Iuris* 53
*Muhamedes, filius Haſſanis, cognomine Schaibanus
*Giame Saghir* 59
*Tajasſir aloſſul* 59
*Eregiag ala malec* 59
*Muhamedes, filius Muhamedis Alſchabi,
*Luminare exſplendeſcens* 48
*Muhamedes filius Samaae 51
*Muhamedes Schabius
*Lux clara* 49
*Muſlimus Cordubenſis 59
*Muzlinus 39

N

*Navavius, vid. Mohiedinus

O

*Obeidalla, filius Maſſudi,
*Caput Iuſtitiae* 40
*Omar Al Razus, filius Chatibi 59
*Omar, filius Abdelacici,
*De Officio Iudicis* 51

P

Peloni Almoni 14. 15
*Phatechadinus Andaluſius 59
Philo 33

*Pir Muhamedes, filius Muſſae,
*Summa Iudicis* 44. 54

R

Rabe (Jac.)
*Miſchnam* germanice vertit 4
*Radhiedinus Ezzi
*De Officio Iudicis* 50
*Raffejus
*Liber Iuris* 48
*De Officio Iudicis* 51
*Regulae Iuris* 52
Rambam, vid. Moſes Maimonides
Ramban, vid. Moſes Hiſpanus
Rav Alphes 22
*Rotail 51

S

Saadia Gahon
*De Emtione & Venditione* 58
*Super Concubitu* 32
*Saddinus Maſſudus Tactazani
*Clavis Iurisprudentiae* 41
*Sagnaccius 57
Salomo, filius Addarethi, Barcinonenſis
*Generationes Adami* 13
*Servitus ſancta* 30
*Viri animati* 32
Salomo, filius Tazrathi,
*Statuta Iudicum* 31
Salomo Levita, filius Elieſaris,
*Miniſterium Leviticum* 22
Salomo Luria
*Ingreſſus Portarum* ſive *Corona Salomonis* 13
Salomo Mutinenſis
*Iudicium Samuelis* 14
*Samarcandius
*Navazel fil fekeh* 57
Samuel Alcaja

*Iudi-*

*Iudicium Samuelis* 14
Samuel Cordubenſis, filius Chophni,
*Emtio & Venditio* 11
*De Poſitione Terminorum* 11
*De Iureiurando* 11
Samuel, filius Iſaci, Sardus
*Liber Oblationum* 18
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Samuel Luria
*Quaeſita & Reſponſa* 29
Samuel Medinenſis
*Quaeſita & Reſponſa* 29
*Schabius, vid. Muhamedes
*Schafeus 41
*Fundamenta & Principia Iurisprudentiae* 45
*Schaibanus, vid. Muhamedes, filius Haſſanis
*Schamſedinus Esfahanus 57
*Schamſedinus Muhamedes Soraxi 51. 52
*Scharafeus Algacius
*Methodus judicialis* 42. 49
*Scheirifius Alhoſainus
*Commentarius in Inſtructionem Praeſidis* 46
*Schiracius 43
*Schona, filius Schonae,
*Formulae & Modus procedendi in Iudicio* 44
Seadja, vid. Saadia
*Sebus Almartinus
*De Succeſſionibus* 53
*Segiavendus 54
*Seidus Abulfadles Muhamedes
*De Poenis & Emendis* 51
Seiramus, vid. Jahia
Seldenus (Joh.)
*Ius Naturae & Gentium* 35
*Uxor Hebraica* 35
*De Succeſſione in Bona defuncti* 35
*Serageddinus Alvaſcius 43

Sera-

*Seragedinus Muhamedes
*De Succeſſionibus quae per matrem veniunt* 54
Simcha Luzatus 8
Simeon Buran, filius Zemachi,
*Quaeſita & Reſponſa* 29
*Simeon, filius Kajirae,
*Deciſiones* 10
Simeon Hiſpanus
*Correctiones Scribarum* 7
*Sobecus
*Tractatus de Regimine Reipublicae* 57
*Sofianus Althaurus 41
*Sogrius
*Supplementa Deciſionum juridicarum* 54
*Sojuthius
*De Connubiorum Iure* 49
*Solimanus, filius Maherami 58
Surenhuſius
*Miſchnam* germanice vertit 4
*Taccieddinus, filius Hoggiadi,
*Formularum liber* 44
*Tibraneus Haſenus 59
*Vala, filius Zamalcani,
*Querela Orphanorum* 52
Wolfius (Joh. Chriſtoph.)
*Bibliotheca Hebraea* 5
*Zacharias, filius Muhamedis Alanſari
*Commentarius in librum Scharafi Algaci* 42. 49
*Deciſiones Iuris* 43
*Zadehus, vid. Mueddinus
*Zamaſcharius
*Liber de Succesſionibus* 48
*Zedrodinus Geciraeus 59
Zipfelius
*Ius Cambiale* 35

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0085
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0087
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839617233/phys_0088
DFG

tum ritus et caeremo-
itulus libro pulcher-
egibus ſervire merito
dicatur, quam idcirco
poſſimus.

*elodamenſis*, hebrai-
ſecunda vice Amſtelo-

ce *Chuccot Haddija*-
officio judicis, nempe
pro tribunali deciden-
itur. Auctorem non,
M TOVIVM, filium
OM TOVIVM ASCH-
torem, Wolfius pro-
ibrum ſcripſit etiam
i, anno Chriſti 1130.

m operis legas, videri
dentiam pertinere, at
s ſit, quemadmodum
unque ſe res habeat,
nefas JEHVDAM, fi-
n in illud tempus in-
et truculenta opinio:
gionem propagandam
o! in miſerum genus
ſaeviret, atque is ve-
uuleo, plagis ad de-
adigeretur familia,
deinde fratris Jacobi,
ſuis